rius.ē enī propositio falsa. Licet enī sit uerum qđ omnis muscul⁹ moueat̄ uolūtarie. tñ Auer. nō cōcedit sibi illā. qđ omnis mot⁹ fact⁹ a musculo sit uolūtarius. qa musculus pōt moueri p uirtutē naturalē ñ cognīscitiuā cui cōpetit sič subiectū nō adequatū. qa ē i musculis p artharia datā a corde & spiritu ei⁹. & ex h° cessat p̄mū argumētū. ¶ Ad 2ᵐ dicēdū. qđ mot⁹ dicit̄ naturalis. qa sine cognitiōe fit. tu aūt reducas ad quancū q. anie potētiā uis. Et si uis reducer̄ ad uitalē que est quedā naturalis. dicem⁹ qđ eius uirtute fit illa dilatatio pulmonis & pectoris in quātū sunt mot⁹ naturales. Hic aūt nolo michi cauilari per argumēta logicalia quib⁹ dicet̄. hic mot⁹ nō sequit̄ animal. inquādū aial. uel iquātū uegitabile. s3 sequit̄ anial inquātū tal' modi animal. s. habēs dextrū uentriculū cordis qđ est signū talis forme naturalis a qua fit mot⁹ sine p̄meditatiōe & cognitiōe. ¶ Expedit ut ueniā ad fondamēta opiniōis. Gal. quā Dynus sustentat & soluit ratiōe: Auer. Et ante solutionem rectā p̄mitto qđ Auer. non potuit uidere qđ mot⁹ qui fit sine uolūtate esset uolūtari⁹. nec apparuit sibi unde diceret̄ uolūtarius. nec mot⁹ qui fit cū uolūtate. i pariente diceret̄ naturalis. & nō diceret̄ uolūtarius. imo uideret̄ cōtradictio. Cū ergo dic̄ Dynus. mot⁹ uolūtari⁹ de intētiōe 2ª pōt fieri sine deliberatiōe sensata. nego illam Dū enī ē uolūtarius. necesse ē qđ sit cū apprehēsiōe sensata. Nec tu uales dicer̄ qđ lapis cadens ab alto moueret̄ uolūtarie. qa aliqñ fuit mot⁹ ut portat⁹ uolūtarie. ¶ Ad exēplū đ palpebra dico. q mot⁹ palpebre ē natural' & uolūtari⁹ s3 forti⁹ ē natural'. sic dictū ē đ anhelitu. Ad rōe3 que ē pulchra. Prio soluat̄ logyce. quia insufficienter arguit. & nō tenet cōsequētia. qa motui naturali si addat̄ uoluntari⁹ adhuc saluat̄ naturalis. sed si a motu uolūtario āmoueatur uoluntas. non pōt saluari rō uoluntarii motus. Et iō non sequit̄ motus matricis fit uoluntarie. & ē naturalis. s. motus cui uolūtas coniungit̄ qa adhuc ē motus naturalis sub illo uoluntario. et hoc ē uerum. Non tamē sequitur. ergo si a uolūtario āmoueatur uolūtas ē uolūtarius. Exēplū si dealbabili addat̄ illuminatio. nihilomin⁹ pōt dici qđ dealbat̄. Nō tñ sequit̄ ergo si ab illuminabili remoueatur illuminatio qđ illuminetur ¶ Aliter phisice qđ motus dicit̄ uolūtarius q̄ fit imperio uolūtatis. taliter qđ existēte noticia si non sit uolūtas non fit motus & cu3 uolūtas precipit fit motus. itaq3 talis motus uolūtarius est liber imperio uoluntatis. Motus autem locales qui sequūtur apprehēsiones. ñ ppterea dicunt̄ uolūtarii. imo sunt naturales sequentes ex ordine tales apprehēsiones. sicut motus mēbrorum sencientiū ad cōtrahēdū se sunt motus naturales. qa nō sunt ab iperio uolūtatis. & iō facta pūctione & dolore. menbrū se ipsu3 cōtrahit uelis nolis. Ista tñ cōtractio motus naturalis dicit̄. ¶ Aliter pōt dici qđ motus matricis & stomachi ad expellendū nō ē semp. imo raro cū actuali cognitione. Et iō ut plurimū mot⁹ eorū ē naturalis. & sic cōiter tenet̄. s3 quando cōiungit̄ actus sepatiōis. tūc ē aliquo mō & iproprie uoluntarius. Et cū dicit̄. qđ istis mēbris datus fuit sēsus. Dicendū qđ nō pp operatiōes eoru3 freqūēter. imo a quadā pprietate sine noticia inclinat̄ in obiectū fōdus stomachi & intestina & uene epatis et mēbrorum. ¶ Et cū dr̄ q illa mēbra ñ mouet̄ ad apphēsionē iuuatiui & nociui ¶ Dicēdū qđ uerū ē ad apprehēsiōem naturalē. nō aūt ad cognitiuā noticiā. Et cū additur in plantis. nō sunt isti mot⁹ locales. qa nō ē in eis sensus. Dico qđ h° qđ ē nō habere sensu3 ē signū. nō tamē ē cā pp quā nō mouent̄ localiter. s3 cā ē. qa habēt talē formā naturalē que nō meret̄ motū. Et iō stomachū & matricem moueri localiter nō ē qa sentiāt. s3 qa sunt talia entia naturalia. ¶ Ad secūdā ratiōe3 cū dicitur motus animaliū ipfectoꝝ ē uolūtari⁹ ¶ Dicēdū qđ ueꝝ ē. & cū dicit̄ qđ nō fit cū apphēsiōe stati. nego. s3 sicut illa animalia habēt fantasias indeterminatas. ita ille mot⁹ ē uolūtarius non pfectus. & nō fit p musculos sicut esse dicim⁹ de ptibus decisorū animaliū que mouētur. & p3 2° de ania. cōmēto. 2°. ¶ S3 tu dices. talē dicā motū anhelitū q̄lis ē animaliū iprefectoꝝ qui motus ē uolūtari⁹ cū ipfecta fantasia & imaginatiōe. ¶ Dicēdū qđ h° nō ē possibile. quia illa anialia ex eoꝝ natura sequit̄ talis idistincta fantasia. ut sit q̄i coiūcta sensui tact⁹ i nobis. & in anialib⁹ pfectis ñ ut̄ 1qđ illa fātasia ide articulata repiat̄. qa fiāt eoꝝ mot⁹ uolūtarij. Sed dices dicā qđ repitur saltē talis q̄lis i motu matricis ul' stomahi quādo mouet̄ cū tristitia uel delicia ¶ Dicēdū qđ illi mot⁹ sunt ēt 2ᵐ illos q tenēt opinionē Gal. naturales. Et tūc dicem⁹ qđ mot⁹ anhelit⁹ ē natural' cui cōiūgi pōt quādoq3 sensitiuus. & reddiret ad opiniōe3 Auer. ¶ Ad tertiā ratiōe3 q̄ ē rō Gal. soluem⁹. sic ēt Auer. soluit. Et prio ordinabim⁹ ppositiōes sic Exñte neruo i pectore ē uolūtarius mot⁹. & h° inuit Auer. cū dicit. inciso neruo ē incisum instrumentū uoluntarii motus. i. neruo exñte est uolūtarius in mēbro. & inciso neruo cessat uoluntarius motus. Et tūc inuit per silogizationē ergo cū pect⁹ moueat̄ per neruos euidēter ergo mouetur uolūtario motu. ¶ Primo Auer. respondet logice & sic. quādo aliqua res tenet aliquod predicatū per aliquod subiectum propositionis alicuius. nō sequitur qđ si a re remoueat̄ subiectum. qđ propterea remoueat̄ predicatū. Exē

plũ log̃cale hõ.aial.nõ hõ nõ aial.Ita ĩ ꝑposito
hº p̃dicatũ moueri uolũtarie.uel nõ moueri in
ꝑpositiõe affirmatiua uľ negatiua teneť ab illa
re que ẽ pectus mouere mediante hoc subiecto
propositõis affirmatiue uel negatiue qđ ẽ ner
uus.Vnde dicimus.pectus moueť neruo existẽ
te.& cessat motus neruo inciso.Si ergo inferať
ergo neruus ẽ propriũ principium in hac re.&
pectus nõ habet ĩ se pricipiũ motus.sꝫ totũ ẽ a
uirtute uolũtaria q̃ ẽ in neruo.illa cõsequẽtia ẽ
falsa apđ Auer.qa a pectoꝛ̃ ľ musculo remouẽs
hoc p̃dicatũ esse motiuũ.uel principiũ motus ẽ
per remotiõeꝫ subiecti.s.nerui in p̃dictis ꝑpo
sitiõibus quo subiecto affirmabas motũ de pe
ctore.modo talis cõsequẽtia nõ tenet.quia dato
opposito cõñtis nõ iterimiť añcedẽs.uerbi gr̃a.
cõñs Gal.est pectus nõ moueť nisi per uirtutẽ
in neruo.ita qđ neruꝰ ẽ pria cã in hº.oppositũꝫ
huius ẽ.pectus moueť p uirtutẽ primã que nõ
ẽ in neruo uel a neruo.ista ꝑpositio interimit
illã.pectus moueť exñte neruo.nõ illã que dic̃
pectus moueť inciso neruo.Stant enĩ simul pe
ctus moueri per uirtutẽ propriã que ẽ in neruo
& tñ nõ moueri inciso neruo.Multa enĩ habẽt
in se pricipiũ motus que nõ mouẽť.nisi aliquo
extrinseco cõcurrẽte.qđ tam̃ extrinsecũ nõ; est
principiũ ꝑpriũ uel principiũ in illo motu.Et si
q̃s cõsyderat quodãmõ tenẽs uiã Gal.ex oppo
sito cõsequẽtiſ quidã ĩducit suã cõsequẽtiã.Et ĩ
summa in argumẽto Gal. est falacia cõsequẽtis.
¶ Aliꝰ modꝰ posset dari ad ĩtroducẽdũ modũ
Auer.& tu cõsydera.¶ Tandem Auer.soluit
phĩce sic.si incidãť uene ĩ collo.aut dormitarie
tur uel sicut in apopletico cessat a toto corpore
motus uolũtariꝰ.nõ ergo sequitur.isti nerui &
uene sunt principiũ omnis uolũtarij motꝰ ĩ toto
corpore.cõsequẽtia ergo Gal.ẽ falsa.¶ Alia
solutio declarans totũ ẽ.q̃a neruus dat aliquaꝫ
rẽ.qa uerbi gr̃a aliquẽ calorẽ qº cõpleť.i.iuua
tur hec operatio.Et quãdo lediť neruus.lediť
hec operatio.nõ tamen sequiť.ergo neruus est
prima cã in illa.¶ Tertia solutio ẽ.cõcesso qđ
impedito motu uoluntario.impediatur motus
anhelitus.Nõ sequiť ergo qđ oĩs motus qui ẽ
in neruo ẽ uolũtarius.imo accidit motui natura
li qđ sit uoluntarius.quia cõiunctus uolũtario
& hoc apparet in musculo palpebre.cuius non
oĩs motus ẽ uoluntarius.Et cũ dicit Auer.uel
lucrať.uult dicere qđ cõcesso qđ musculus mo
ueať solo motu uolũtario.nõ hẽt Gal.proposi
tum.quia motus musculi uoluntarius apud
Auer non ẽ a neruo.imo a corde.sicut pꝫ in pre
cedẽti cº.zº colľꝫ.¶ Ad illã rationẽ Dyni.que
dixit qđ põt fieri motus uolũtarius per assue
factiorẽ sic̃ anhelitus naturalis.¶ Dicẽdũ qđ
hitus isti requirũt multos actus precedentes.

Quid ergo dicemꝰ de infãte qui post exitũ ab
utero anhelat dormiẽdo.¶ Ad aliud cũ dr̃ qđ
hõ mouet mẽbrũ aliquod nõ p̃cogitãs.¶ Dicẽ
dũ qđ ille motꝰ ẽ naturalis ut cõdistiguiť uolũ
tario.nõ ut cõdistinguitur uiolento de quo dať
exemplum.portatõ lapidis a manu.est uolũta
rius motus.Si ergo manus det lapidi unam for
mã ꝙ remota manu remoueať lapis nõ diceret
proprie lapis moueri uolũtarie ĩmo moueri pp
aliquã formã naturalẽ.¶ Ad secundũ de puero
qui mingit ĩ lecto.Dicendũ qđ si nõ sit lubrici
tas aque ĩmo uolũtaria expressio ibi ẽ uoluntas
manifesta licet nõ sic sicut in uigilia.Vnde ipse
imaginatur locũ in quo sit bonum mingere.hec
declarabunť si deus uoluerit ibidem.Accipe de
is opinionẽ quã uis.tñ puto ꝙ cõcordia sit pos
sibilis.quoniã.G.in liº de disñia illo cº.Scriptũ
autem ẽ manifeste.uult qđ uirtus uitalis sit cã
efficiẽs anhelitum.et ẽt uirtus uoluntaria.Dice
mus ergo qđ Gal.uidit quedã menbra moueri
motu quo.nõ indiget cerebrũ.ut sic moueãť.sic̃
matrix.stomachus.cor.& artharie.& illa mẽ
bra dxit moueri motu naturali.Vidit ẽt quedã
mẽbra non posse moueri per calorem uel uirtu
tem naturalẽ in eis.nisi cõiungať temperamen
to cerebri sic̃ pectus.Nam quando ĩ somno mo
uetur aut quando nõ cogitamus.iste motus nõ
fit nisi cũ aliquo temperamento dato a cerebro
iuncto temperamento dato a corde.& quare hº
qa sunt talia entia.Nõ ergo fuit ita fatuꝰ.Gal.
qđ credet motũ anhelitus in maiori parte esse
a uoluntate.nec qđ crederẽt fieri solo tẽperamẽ
to cerebri.Sed quia uidit qđ concurrit tẽpera
mentũ cerebri ꝙ cerebrũ ẽ p̃ncipiũ animalis uir
tutis apud eũ.ideo dixit esse motũ naturalẽ &
sic uolũtariũ.Cõsydera ibi.¶ Secũda dubita
tio ẽ.utꝝ pulmo habeat motũ propriũ uľ solũ
sequať motũ pectoris.sicut una spõgia clausa ĩ
manu.Et in hoc est opinio Gal.qđ pulmo nul
luꝫ propriuꝫ habet motuꝫ.sꝫ in uacuitate dilata
tur quãdo pectus dilatať.Fecit aũt Gal.de hoc
libellum qui diciť de motu thoracis & pulmõis
Et prĩo ostẽdit qđ pulmo indiget thorace ĩ sui
motu.Et arguit sic.ñ inueniť qđ thorace existẽ
te ĩmobili moueať pulmo.imo ĩ q̃busdã casibꝰ
cũ perijt motꝰ thoracis.perijt motꝰ pulmõis.sed
pereũtibꝰ motibꝰ pulmõis nõ ꝑpterea perijt
motꝰ thoracis.gº pulmo indiget thorace in sui
motu.& thorax erit priceps motꝰ ip̃i pulmõi
zº.G.uľr đclarať qũo ẽ pricipiũ illiꝰ motꝰ.Nã
pulmo nõ apparet ligatus undiq̃ thoraci ligatu
ra.qua thorax utens possit undiq̃ dilatare pul
monẽ.ĩmo sunt absoluti.& pulmo pẽdet in tho
race.sicut in quodam continente.Difficile ergo
uidetur excogitare causaꝫ motus.Et tũc dic̃.G.
qđ hoc fit.quia dilatato pectore pulmo dilatať

ui uacui per quandã consequentiam. sicut cũ fi stula suggẽdo cũ ore trahit aq̃ p longũ spaciũ sursum cotra aque naturã. Magna enim ẽ potẽtia a uacuo tractiõis. Hoc aũt declarat signo. qa si uulneret pectus ita qd aer itret & stet in medio pulmonis & thoracis. tũc pulmo nõ mouet quõ eni poterit moueri cũ sibi deficiat cã p quã mouebat. Erat aũt talis cã. qa nihil põeret i medio iter thoracẽ & pulmonẽ. ut thoracis motũ pulmo assequeret. Si ergo itrat aer. pulmo quiescit & nõ dilatabit. hãc eadẽ sentẽtiã ponit 4° de interiorib9. 5° cap°. & 9°. de utilitate particularũ. cap° 9°. & Haliab. sequit eũ 3° teorice. cap° de assignatiõe pulmõis. ¶ Dynus uero sequẽs in h°. Ga. nũdũ uiderat illũ libellum de motu thoracis. Ideo conat aliis ratiõib9 fundare illã opinionẽ. & arguit sic. Si pulmo habz propriũ motũ. aut esset uolũtari9. & h° nõ qa talis ẽ qui fit per neruos & musculos qui nõ sunt in pulmone. aut ẽ naturalis. & h° nõ quia tales mot9 sunt circa alimẽtũ. & spũuz generatiõez. ut cordis mot9. ¶ Amplius qd nõ habz uillos. nõ hz ppriũ motũ localẽ. quia oĩs mot9 localis fit per uillos lõgitudinales latitudinales & trãsuersales. ut Gal. 3° de uirtutib9 naturalib9. & Auic. pria fen primi. ca° de neruis In pulmõe aũt nõ sunt uilli. g° pulmo nõ mouet motu pprio. sed assequẽs motũ pectoris. Vñ. A. hic. Et cõsequẽs. s. ẽ pulmo motũ eorũ qb9 circũdat. ¶ Alia est opinio Auer. 2° coll3. ca° de iuuamẽto instrumẽtorũ anhelit9. ubi dic q tã pu mo q̃ pect9 habẽt pprios mot9 per uirtutẽ anime i eisdẽ. sed isti duo motus sunt ordinati & cõiũcti sic qd unus sine altero nõ mouet. & cũ cessat motus unius cessat motus alterius. nõ tamẽ qd motus unius sit cã mot9 alteri9. imo qlibet hz qd moueat a sua uirtute alio motu. Et in h° Auer. nõ adducit alias rões. nisi qd i pcessu declarãdo innuit hãc ratiõnẽ. qd si motus pulmonis esset sicut dicit Gal. tũc esset eius mot9 p uiolẽtiã. & sic mot9 artificialiũ. qa esset p. pricipiũ extra qd uiolẽtiã infert. & iõ uult qd motus in ipso anhelitu est per uiã que ẽ in corporib9 naturalib9. s. per uirtutẽ datã in eis datã a corde. s. per uirtutẽ naturalẽ datã pulmoni. & p uirtutẽ uolũtariã datã musculo. licet etiã cũ hoc detur musculo motiua naturalis. ut supra diximus in 2° de anima cõmento. 87 ¶ Innuit Auer. aliã ratiõez. pulmo desyderat extrahere aerẽ calidũ. ergo mouet per uirtutem in se. & nõ solo pectore. consequentiã intelligit Auer. notãm. quia sicut natura preuidit mẽbro de notitia finis. ita etiaz de possibilitate psequtiõis finis. ¶ Soluit aũt Auer. ratiões. Gal. Q ñ eni dicit q moto pectore mouet pulmo. & pectore ñ moto qescit q̃doq pulmo. Innuit Auer. q hec cõsequẽtia nõ ẽ bona. quia si quis argueret q pulmo sit principiũ motus pectoris ex hoc qd pulmone ñ moto nõ mouetur pectus. ñ diceremus qd illa eẽt bona consequentia. posito qd sic eẽt. quia possibile ẽ qd non moto uno moueatur aliud. & tñ unuz non. sit cã motus alterius. & in hoc perdidit Gal. mouent ergo ambo simul. sicut in uno globo. & tamẽ unũ nõ est cã alteri9. ¶ Ei uero qd uulnerato pectore cessat motus pulmonis. Rñdet Auer. & multi alii qd posset hoc eẽ. qa infrigidat pulmo. Hanc solutiõnẽ conat Conciliator remouere differentia. 99ª. dicẽs qd non statim infrigidat pulmo uulnerati. Auer autẽ responderet qd secundũ gradũ infrigidationis & nocumẽti eius ẽ gradus cessatõis eius a motu. Et quia aliquis posset dicere qd si pulmo hẽt principiũ motus. quare inciso neruo ueniente ad pectus cessat motus pulmonis. Rñdet qd p incisionẽ nerui acquirit pectori mala cõplo que põt cõicari pulmoni per colligantiã quam hẽt pulmo cũ pectore. Vna enim rerũ pp quaz mẽbra egrotant ẽ colligantia. ¶ Soluit aũt Auer. ad rationẽ Dy. Dicẽdo. qd mot9 pulmõis ẽ naturalis sine deliberatione. & dat sibi illa uirt9 & calor quo mouet a corde. & qd finis eius ẽ tẽperantia caloris in corde. & dicit qd non oĩs motus fit per uillos. aut qa ibi. sunt uilli arthariarum & uenarũ in quibus sunt principiũ horũ motuũ. Tu aũt tene in hac questione partem quã uis. ¶ Tertia aũt questio ẽ an motus anhelitus sit solius dyafragmatis. & uit qd nõ quia uelox & fortis ẽ alicui homini naturalis. sed tñ nõ fit solo dyafragmate. ut innuit Auic. ¶ In contrariũ ẽ Auic. & Gal. 4° de interioribus. 3° & 4° c°. ¶ Hanc dubitatõez soluit Gal. in lib° de causis respirationis. & uult qd respiratio. quedã ẽ uiolenta. & quedã non uiolenta. Et ista ẽ naturalis apud Auic. & equalis. Et qa respiratio. aut ẽ inspiratio. aut est expiratio secundũ hoc sunt quattuor partes respirationis. Respiratio enim significat inspirationẽ. i. dilatationẽ & expirationẽ. i. constrictionẽ. Inspiratio ergo. aut ẽ uiolenta. & ista non fit solo dyafragmate imo iuuat musculis. s. pectoris superioribus dilatatiuis. Aut ẽ naturalis nõ uiolenta & illa fit solo dyafrate. & exprimit in nobis q quãdo quiescimus & bene disponit non appz aliquis motus manifeste. nisi circa loca dyafrmatis. Expiratio aũt. aut non ẽ uiolenta sed naturalis. & uult Gal. qd fiat per musculos qui sunt secũdũ epiglotũ. i. uentrẽ qui sunt ad reducendũ pect9 dilatatũ. Aut ẽ uiolenta. & talis ẽt fit a musculis costarũ quorũ operatio est constrictio. Ista sunt dicta a Gal. & tu accipe ea si placz. sũt eni dicta p experientiã inuẽta. ¶ Ad cõtraria dicẽdum qd sermo ẽ de hoĩe tẽperato ul' in hoĩbus

habētib⁹ sanitatē ualde ꝓpinquā morbis. Vnđ anhelitus uelox & fortis q nō sit multū excedēs posset fieri a solo dyastͣle. ¶ Quarta dubitatio ē. qđ sit pricipali⁹ organū i motu r̄spiratiōis an pulmo. an dyastͣa. In hac questione oportet redire ad secūdā questiōeꝫ qa 2m opinionē. G. q tenet pect⁹ esse pricipiū mot⁹ pulmōis pect⁹. s. & dyastͣa sunt organuꝫ pricipalius. 2m uero Auer. pulmo. qa statiꝫ recipit aerem & ꝑparat illū cordi. & expellit fumos ē organū pricipali⁹ pectus aūt erit sicut loc⁹ in qᵒ hᵒ fit & cōseruat cor & pulmonē ¶ Quita questio ē. utꝝ genera anhelit⁹ sint plura q̄ genera pulsus. Videt̄ qđ nō. qa Ga. i libro đ disnia eodē modo distiguit dr̄ias & causas pulsus & anhelit⁹. ¶ Ampli⁹ totidē cōponūtur ptib⁹. & ad eūdē sunt finem. ¶ In cōtrariū ē Aui. qa supra de dr̄ijs anhelit⁹ posuit facilē & difficilē. que diuersitas nō ponitur in dr̄ijs pulsuū. ¶ Dicēdū ut declaraui in expositiōe tex. illi⁹. qđ ꝓbabiliter pōt teneri qđ anhelitui addit̄ unū gen⁹ anhelit⁹ qđ nō reperitur in pl̄su. s. facilis & difficilis. qa iste nō est tardus & uelox. licet multū cōcurrat. Inest aūt hoc anhelitui. qa ē motus qui pōt per uolūtatē alterari. & pōt cū bona & mala sensatiōe fieri. qđ nō cōtingit in pulsu. ¶ Ad cōtraria dicēdū qđ Gal. nō negaret hᵒ. ¶ Ad 2m patet solutio. ¶ Sexta dubitatio ē quis motus ē prior i anhelitu. an dilatatio. an cōstrictio. ¶ Cōis. aūt modus dicēdi ē. qđ dilatatio sit prior. Declarat̄ aūt ex signo suffocatorū in aqua qui prius querūt attractiōeꝫ aeris. 2º quia cōstrictio nō ē nisi ad expellēdū prius tractū. 3º quia attractio ē propter cor. sicut cōstrictio ꝓpter pulmonē. sꝫ mot⁹ propter cor est prior. Et illa ē ratio Auer. 2º đ anima. cōmēto. 77º. ¶ Ia aūt ad cōtrariā partē seu rationeꝫ difficilē supponendo qđ in principio generatiōis. cor generetur cum spū debito debite tēperato. aut qđ in eo sperma ponat ptē aeris uel uaporis temperati. Primū ergo ad qđ cōuertet̄ ē ad distemperamētū propter fumos quia cor est in tali dispositiōe i q̄liē quādo est dyastolatū. sꝫ a dyastolato esse cōuertit̄ ad dispositiōem necessitātem ad sistolē. ergo prim⁹ motus cordis erit sistoles. & sic pōt probari de anhelitu. hic obmitātur illa. ¶ Sunt uero ꝑter has questiōes alie. ut qs mot⁹ in uita sit magis necessarius. & cuius signficatio sit certior. an pulsus. an anhelitus q̄s hic obmitim⁹. Quōem uero an temperies calidi ab aere tracto sit per infrigidatiōem positiuā. an quō. hic obmittem⁹ etiam. quia de ea diffuse scripsimus supra. 2ª primi libri in tractatu nostro de cōseruatione sanitatis. &c̄.

ANhelitus. Iam precessit sermo generalis in anhelitu ¶ Hic i speciali exequit̄. Et primo determinat đ oibus generibus anhelitus et cāis & qn̄q, signis & diuersitatibus eorū secunduꝫ etates cōpl̄ones & alia. 2º determinat de quodā speciali malo anhelitu qui dr̄ asma ponit ei⁹ signa cās & curā et curā aliaꝝ spēꝝ mali anhelit⁹ Ibi 2ª Asma. pria induas. Primo determinat de oibus diuersitatib⁹ anhelit⁹ secūdū suas dr̄ias dictas 2º de diuersitatibus secunduꝫ causas. s. compl̄ones etates &c̄. 2ª ibi. pueri quidē. Pria in duas. Nā genera & diuersitates anhelitus. quedā sunt que possunt repiri in sanis & egris ut magnus & paruus. & quedā sunt que ut plurimū reperiunt̄ in egris. Primo ergo determiat de primis dr̄ijs anhelitus. 2º de secundis. 2ª ibi malicia anhelitus. Prima pars habet partes tot quot sunt illa genera siue dr̄ie anhelitus. Primo ergo determinat mađgno & paruo. prio ponēdo quis est talis & causas eius. 2º signa secundum diuersitates causarū. 2ª ibi. signa quibus. Pria in duas primo ostēdit quis anhelitus proprie dicit̄ magnus. & ponit eius causas. 2º quia sepe usus. fuerat hac ꝓpositione. mēbra oia pectoris & uicina. siue oēs lacerti pectoris qn̄q, mouent̄ inuestigat cās eius. 2ª ibi. & cause in hoc. Prima in duas. prio declarat absolute quis ē anhelitus magnus ꝓprie. & quis nō. & illius causas. 2º declarat hoc quantū ad speciales partes. s. sistolē tantū. uel tantū dyastolem. 2ª ibi. & qn̄q, non diuersificat̄. Prima in tres. prio premittit quis ē proprie anhelitus paru⁹ & magnus 2º ponit cās. 3º aliorū errorē remouet. 2ª ibi. cause uero. 3ª ibi. & estimat̄ ¶ Consyderandū qđ secundū Gal. in liᵒ de disnia in princiᵒ. dr̄ie anhelitus sūt secundū modū dr̄iarū pulsus. ut ēt supra dixit Auic. sicut etiam pulsus magnus est in quo secundum. omnem dimensionem distrahitur archaria supra equalem. Vnde multum contingit aerem trahi. ita in anhelitu. ergo magnitudo anhelitus est ex hoc quod trahitur ualde plurim⁹ aer. & in quo membra oia. anhelitus secūdū oēꝫ dimēsionē superabūdāter distrahuntur. s. 2m longū latū & profundū siue altū. Et finis in hᵒ. ē propter magnitudinē ei⁹ qđ trahit̄. s. ꝓpter multū aerē. ergo anhelitus paruus est econtra. Ex hᵒ. n. ꝓprie dicit̄ qđ fit magnus. Vnde Gal. in libello de disnia. caᵒ illo. qualiter aūt &c̄. dic̄ qđ sicut ꝓpter tumorē uentris nos nō cōiectuamur de multitudine cibi sꝫ ex ciborū quātitate ita per respiratiōis quātitatē nō debes iudicare quātitatē. scilicꝫ motiuoꝝ mēbroꝝ. Et qa. A. apropriauerat anhelitui magno i motu dilatatōnis. ideo dixit qđ similiter ē in pte attractiōis. i. in sistole. qa magn⁹ ē anhelit⁹ qui expelit aerē

ualde plurimū supra equalē. Et cū hoc cōstrin
gunt̄ mēbra anhelitus i omnibꝰ partibꝰ supera
būdanter ꝑpter magnitudinē eius qđ extrahit̄
¶ Cōsyderādum aut qđ h° equale ad qđ ista
referūtur ē equale. s. in specie tēperati hominis
anhelitꝰ & equale ꝓpriū huic. Cāe uero omnes
ꝑdicte in cap° de causis pulsuū libro prio. sunt
fortitudo uirtutis. obedientia instrumenti. &
necessitas addita. quando enim ista sunt. magnꝰ
fit pulsus & fit anhelitus magnus. Q uemodo
aūt illa uariant̄ in anhelitu sic in pulsu. & omnis
difficultas que ibi cadit. hic possꝫ adduci. & sic
esset sermo prolixus. ¶ ET estimat̄. ¶ Prio
ꝑmittit errorē. z° remouet. 3° ifert q s ē anhelitꝰ
uere magnꝰ. et q s ñ uere zª ibi. & illđ ñ ē 3ª ibi
uerꝫ os. Q ui fuerūt isti uiri ñ iuēio. Nā. G. nō
fuerit q a ē illius opinionis cuius ē Aui. Ralis tñ
dicit hoc eē dictū de 3° epidimiarū. Vnde dicit
4° cōtinentis. c°. de anhelitu in principio de 3°
li° epidimiarū dixit. qđ in magno anhelitu mo
uetur pectus in toto. sed in paruo non; mouet̄.
nisi dyafř solūmodo. et forsan qđ fuit Gal. qui
tunc errauit. tamen rectificauit sicut ex 4° de in
terioribus. 7°. c°. intelligi pōt. ¶ ET ILLVD
¶ Inducit cōtra hanc opinionē tres rōes. Prima
ē motus qui completur solo dyafř te. quandoq
ē paruus. & quādoq ē equalis. ergo nō absolu
te i. uniuersaliter ē uerū qđ anhelitꝰ equalis nō
indiget. nisi motu uelāinis. i. dyafragmatis. Prio
g° pōit cōsequētiā z° añs. 3° probat añs. quia
anhelitus eq̄lis nō indiget nisi motu dyaframa
tis qñ dyafragma est forte in uirtute. & sic per
eiꝰ ābilitatē pōt fieri anhelitꝰ paruus. Presup
ponit aūt notū qđ dyfragma forte i uirtute pos
sit facere anhelitū equale ex dcō superiꝰ. i. qđ
anhelitꝰ naturalis equalis uacui a nocumēto mo
tus cōplet̄ motu uelaminis. & uidet̄ h° sensibile
nec aliter ꝓbabile. ¶ ET quādoq ¶ Hec ē zª
ratio. & arguit sic. si anhelitꝰ esset puus. qa eēt
factꝰ a solo dyafragmate. ergo ab omnibꝰ mē
bris pectoris factꝰ. i. dyafragmate et alijs mus
culis esset anhelitꝰ magnꝰ. cōsequētia ē nota. &
tūc Aui. destruit cōsequēs. Et p° pōit eiꝰ đstru
ctiōeꝫ. z° ꝓbat. ibi zª. cū sunt. ¶ Dicit prio qđ
anhelitus factus a motu omniū mēbrorū pecto
ris ē paruꝰ aliquādo. & h° ē quādo omnia mē
bra pectoris sunt đbilia i mouēdo. & i h° inuit
Aui. ratiōeꝫ hāc. Nā motꝰ anhelitꝰ nō debꝫ dici
magnꝰ quādo omnia mēbra mouētia sunt đbi
lia. ¶ Sꝫ quādoq. hoc ē qđ lꝫ oia mēbra pecto
ris moueant̄ omnia tamē sunt đbilia i uirtute.
Et cū dić nō enī. Inducit secūdā rōeꝫ ad ꝓbatio
nē oppositi cōsequētis. sic ad đstruēdū cōsequēs
& arguit sic. Ad anhelitū qui est homini necessa
rius quādoq nō sufficit solū uelamen. immo ē
necessariū ut omnia membra pectoris uelamini
associentur in h° anhelitu perficiendo. sed talis
anhelitus quāuis sit necessarius nō tamen est
lis. imo est inequalis puus. ē g° anhelitus. q̄uis
oia mēbra pectoris moueant̄. ¶ Considerandū
qđ Aui. propōnes sensibiles nō curauit ꝓbare
sicut fuit illa. ¶ Neq si necessarius ē. anhelitus
ē equalis imo ē tantū euidēs qđ Auic preuenit
in probatione eius. & scriptura festinus ad eaꝫ
debuit enim sic scribi. Q ñq nō sufficit uelamē
solū ad anhelitū qui ē necessarius imo ē necessa
riū. ut oia ei associet̄. s. qñq in h° anhelitu neces
sario. nō tamē si ē necessarius est equalis. immo
pōt esse infra equalē. Exemplū sensibile huius
ē hoc sit magnus anhelitus in cōplendo necessi
tatem in quantitate. a. equalis. b. paruus. c. Sit
aūt. c. huic hōi necessariū per quātitatē sui calo
ris. & uirtus dyafragmatis nō possit tantum
trahere aerē qđ cōpleat. c. Iuuet̄ igit̄ in hoc ab
oibus mēbris pectoris ergo uelamē cū societate
omniū mēbrorū fecerunt anhelitū. c. q ē paruus
AMPLIVS. Hec ē tertia rō que probat qđ
licet omnia mēbra pectoris moueant̄ nō ꝑpter
hoc anhelitus ē magnus. & in hoc Auic. arguit
ad pricipale. & probat qđ dixit de destructiōe
consequentis in zª ratione. & arguit sic. oibus
mēbris āhelitus motis qñq nō ē tanta sufficiē
tia ad attrahendum & emittendum aerem q̄ta
ē a solo dyafragmate exñte icolūi sano et forti
ergo anhelitus ab oibus mēbris pectoris factꝰ
non ē magnus. Et quia antecedens euidens. ideo
Auic non probauit. sꝫ firmauit dicēs. Q uoniā
nō est. Et quia proteruus disputator diceret ne
dum omnia mēbra pectoris. imo solum unum
mēbruꝫ pectoris ab alio auxiliatū facit magnū
anhelitū. iō Auic. abiicit eū dicens. qđ neq &c̄.
unum membrū pectoris qñq potest facere dila
tationem integram. i. equalem neq magnam.
hoc ē qđ dicit. neq illius quantitatis. Vel legat̄
simul. neq illius quantitatis. ut quādo &c̄. ET
¶ ILLVD. Probat per rationem. Penituit enim
Auic arrogāter dixisse quoniam non est. Et ideo
dicit qđ causa propter quam omnia membra
pectoris non faciunt quandoq sufficientē anheli
tum. sicut pōt facere solū dyafragma sanū. Si
militer nec unum ex illis mēbris cū auxilio alte
rius ē duplex. Vna est debilitas uirtutis. quia
cōtingit quādoq omnia esse debiliora solo dya
fragmate. Alia cā ē cōstrictio uiarū pulmonis
Vnde lꝫ mēbra sint fortia ad dilatandū tamen
pulmo nō pōt recipe aerē necessariū pro euēta
tiōe. & tūc inducit exemplū de peripleumonia
in qua cōtingit quādoq omnia mēbra pectoris
moueri. & anhelitꝰ nō ē ita magnꝰ. sicut quādo
fit a solo dyafragmate sano & icolumi. Et mul
tiplicauit Aui. uerba. ut ostēderet bonā disposi
tiōem dyafragmatis i omnibꝰ iō dixit icolume

ſanũ forte. ¶ Verũ oportꝫ ſi anhelitus pũus ñ
ẽ qui fit ſolo dyafragmate. nec magnꝰ proprie
ẽ in quo omnia mẽbra pectoris mouẽt. oꝫ deter
minare qs ſit anhelitꝰ magnꝰ uere & uere puꝰ
Et primo facit h°. z° qđ dã dictũ pluries aſſum
ptũ declarat. zª ibi. quãdoq̧ cõſequitur. ¶ De
prĩo dĩc qđ anhelitus ẽ magnus in quo multa
quãtitas aeris attrahit̃ & expellit̃. & h° fit cũ
motu omniũ lacertoꝶ pectoris. & mẽbroꝶ omni
um que ſequunt̃. ſ. lacertoꝶ uẽtris & ſpatulaꝶ
& nõ cõuertit̃ ẽ motꝰ omniũ lacertoꝶ. g° ẽ ma
gnus anhelitꝰ. ĩmo nõ ẽ magnus. niſi habẽs has
cõditiões. ſ. qđ omnes lacerti moueãt̃ motu ulti
me dilatatiõis & ultĩe cõſtrictiõis. & qđ traha
tur plrimꝰ aer. Et paruus. ẽ illi oppoſitus. qũo
ſit oppoſitꝰ dicet̃ ĩfra. ¶ Et qñq̧. ¶ Quia ſepe
dixerat omẽs lacertos pectoris & eoꝶ q̇ ſequũt̃
moueri. đclarat h° ponẽdo terminos. Et cõſyde
ra qđ dixit dilatando. qđ manifeſtius apparet
nobis in dilatatione q̃ in conſtrictione. tamen
in utriſq̧ contingit quod ex uehementi motu &
forti conatu apparuit moueri quas partes.
Auic põit. ¶ Ad furculas. ſ. ſuperiorẽ et ĩferio
rem. uel ſunt due. ſ. duarũ ſpatularũ. ¶ Nari
bus. dilatãt eñi foramina naris credẽtes ẽt ſe iu
uari inde. Et ſunt ſermones Gal. 4° de interiori
bus. 4° & 7° c°. Et Raſis 3° cõtinentis. c° de an
helitu. Conſiderandũ ẽt qđ in magno anhelitu
ẽ dare gradus. Cũ enim oẽs lacerti pectoris &
uiciniantiũ mẽbrorũ mouent̃ & multꝰ aer attra
hitur in ultio multitudĩs. tũc ẽ ultime magnus
ſꝫ q ẽ ĩfra h° ĩ quãtitate aeris et lacertorũ motu
. ſ. quãuis nõ oẽs moueant̃ uerbigr̃ia ñ moueãt̃
lacerti ſpatu'arũ adhuc anhelitus põt dici ma
gnus reſpectu equalis. & ſic tollit̃ quedã cõtra
dictio que uidet̃ cadere inter Auic. & ¶ Gal. 4°
de interioribꝰ. 4° c°. ubi anhelitum magnum in
quo mltus aer atrahitur dixit fieri abſq̧ motu
lacertorum ſpatularum quandoq̧. ¶ Sed ẽt du
bitat'o. Vtrũ ſolo dyaf̃atis motu. poſſit fieri
anhelitus magnus comparatus ad aerẽ plurimũ
. ſ. quia multus aer trahit̃. ¶ Dicẽdũ qđ nõ uẽ
qđ phibeat̃ ſolo dyafragmate conante ad attra
hendũ qđ fiat attractio aeris multi. aut plurimi
ſuper equalẽ. Eo tñ ſano forti & incolumi non
conante uidet̃ qđ faciat equalẽ. Si tñ ſolũ dya
fragma põt facere conatũ poterit facere anheli
tũ magnũ. ſ. in aliquo manẽte equali. Sꝫ ſi dya
fragmatis conatꝰ neceſſario ẽ cũ motu aliquoꝶ
alioꝶ muſculoꝶ. & tũc nõ poterit ſolũ dyafrag
ma facer̃ anhelitũ magnũ. In h° aũt nõ põt ad
duci rõ cogens ad alterã ptiũ ut credo. ¶ Quã
doq̧ uero. ¶ Declarat cãꝫ magnitudĩs & puita
tis tãtũ in dyaſtole. uel tãtũ in ſiſtole. Et prĩo
facit h°. z° põit ſignũ anhelitꝰ pui in attractiõe
& magni in expulſiõe. ibi zª. & quãdo. Prima ĩ

tres. primo premittit diuerſitatẽ inter magnitu
dinẽ & puitatẽ. z° generalizãdo ad alias dr̃ias
motus dat cãꝫ generalẽ. 3° applicat ad magnitu
dinẽ & puitatẽ. ibi zª. & motꝰ. ibi 3ª. & q̃litas.
¶ De zª parte dĩc qđ motꝰ qui ẽ additus zm
quãcũq̧ qualitatẽ q̇ maiorẽ habet neceſſitatem
equatiõis. i. tẽperãtie caloris. ¶ ET qualitas.
Hic ſpãliter loqtur de magno & puo. & ſum
mit modo qualitatẽ Aui. pro ptibꝰ anhelitꝰ. q̇
ptes ſunt duo motꝰ. & dĩc qđ ps motꝰ magis
neceſſaria ẽ fortaſſe dilatatio. cuius neceſſitas ẽ
cũ introitu. & intelligit qđ fortaſſe ẽ cũ exitu ex
cõſtrictiõe. Ideo dixit fortaſſe. Quecũq̧ g° eaꝶ
q̃litatũ motꝰ. ſ. ſuarũ partiũ motꝰ eſt magis
neceſſaria ipſa eſt. maior. ¶ Conſyderandũ ta
men qđ licet zm quancũq̧ qualitatem. i. dr̃iam
motus. uel zm quancũq̧ qualitatem. ſ. anhelitus
fiat maior neceſſitas. zm illã fit additio dr̃ie zm
partem anhelitus. ſicut in pulſu ordinate adue
niunt. Vnde ſtante uirtute & obediẽtia iſtrumẽ
ti. ſ. partiũ pectoris. primũ qđ aduenit addita
neceſſitate ẽ magnitudo. z° uelocitas. 3° frequẽ
tia. & quecunq̧ dicunt̃ de pulſu in hoc põt hic
affirmari. ¶ Et quando. ¶ Cõſidera hic ſubti
lẽ modũ loquendi Auic. cũ nõ fuit cõtentus dice
re extranea caliditas ẽ addita. quia ſermo ſuus
fuiſſꝫ falſus. Nã qñ caliditas extranea ẽ gradua
liter addita. & nõ pendet ab hũore. lꝫ naturalis
ſit diminuta. ut in ethica ſecũde ſpẽi adhuc per
ſe anhelitus ẽ maioris dilatationis q̃ cõſtrictõis
ſed quãdo caliditas naturalis ẽ diminuta. & zm
gradũ eius diminuta ẽ accidẽtalis. & calor acci
dentalis nõ ẽ factus. imo fiens & pendẽs ab hu
more putrido a quo multi uapores mali cõſur
gunt. & tunc ẽ neceſſitas magne cõſtrictõis. ut
fumi pellant̃. non tñ requirit̃ fortis ĩfrigidatio.
q̄a ſunt in calore diminuti. & iõ non attrahunt
multũ aerem. Ex hoc pꝫ in fe. putridis malignis
ĩ quibus ad tactũ nõ appꝫ caliditas fortis acuta
Et totũ hoc Auic ĩnuit cũ dixit. intrãs. i. fiens. Et
iſti ſũt ſermones Hali. i tegni tractatu z°. cõmẽ
to. 77°. ſuper illo uerbo. & quãdo uincit ſuper
cor humiditas. ¶ Et cauſe in hoc. ¶ Quia iaꝫ
dixerat in anhelitu magno omnes lacertos moue
ri. & qñq̧ omnes mouent̃. & tñ nõ eſt magnus
Voluit hic dare cãꝫ pp quã homo laborat & co
nat̃ ad mouendũ oẽs lacertos quos oẽs mouens
qñq̧ facit anhelitũ magnũ cũ cõiũgit̃ illis motis
multas aer. Quandoq̧ uero facit eum paruum
uel non magnũ quãdo paucus trahit̃ aer. Et p°
premittit numerum cauſarũ in hoc. z° declarat
ibi. zª. ipſa enim. ¶ Affliguntur. ſ. quia conat̃
omnia mouere. ¶ IPSA ENIM. Hec habet
quattuor ſecundum qđ quattuor ĩ gener̃ ſunt
cãe. zª ibi. ãt propter cãm debilitatis. ibi 3ª. aut
ꝑpter cõſtrictiõeꝫ. 4ª ibi. aut ꝑpter negligẽtiã.

¶ Prima cā ē magna necessitas ex magna flam ma. unde tot⁹. & cu omnib⁹ mēbris laborat. ut cuenteē. ¶ AVT ppter ¶ Hec ē cā 2ª. s. debilitas siue defectus lacertoꝶ mouētiū pectus. Vnde ñ pōt per unū dilatatio compleri uel cōstrictio. s3 omnes simul associāē. Ista aūt debilitas lacerto rum. aut ē ppter cōitatē. aut ppter egritudinē apropriatā ipsis met musculis. Et de h° Aui. nō psequiē dec larādo. s3 dclarat. illā que ē ppter cōitatē. & diē qd illa cōitas ē. ul' in pricipio. s. in ipso corde. qa debilitāē ppter defectu3 cordis ut in fine ethice uersus mortē & ptisi3. & colle ctiōe3 materie. s. in spūalibus. qa talis collectio debilitat uirtutē cordis & h° quando fit. qa in generatiōe saniei augētur dolores. ut 2ª pticula afforismorū. ¶ Et quādo apiē ¶ Quia ex rup tura apostēatis fit animi dfectio. ut 7ª pticula afforismoꝶ. & super libro prio. fen 2ª de causis debilitātib⁹. Aut ista cōitas ē ad alia membra cōicātia mēbris anhelit⁹. que cōitas dicta est in pcedēti cap°. Est eni ex egritudib⁹ officialib⁹ ut spasmo. uel mala compl'one. ul' apostemate. l' solutiōe cōtinuitatis. aut alia re &ē. Et tūc Aui. quēdā spāle modū explicat. siue cōitatē ad sto machū. aut supple ē debilitas lacertoru3 ppter cōitatē. pp phibitiōe3 .i. qa phibeē dilatari siē repletio a stomacho ex aere. aut uētositate cum ptrāsit terminū. s. in mltitudine. uñ coartat loca dyafragmatis. ¶ Et seperat inter .i. nō pmittat uelamē dilatari. qa uirt⁹ ipsu3 solū non dilatat s3 iuuat se cū oib⁹ aliis lacertis. ¶ Aut ppter cōstrictiōe3. Hec ē 3ª causa ppter quā omnia mēbra hic affligūē conatu ad motū. & ē cōstri ctio uiaꝶ. uerbi gr̄a. epiglotis uel ramoꝶ cāne & arthatie & ēt carnis pulmonis. Stātib⁹ eni opilatiōib⁹ nō pōt homo libere recipere aerem. Virt⁹ g° omni conatu quo pōt conatur credēs i h° multiplicare aerē. s3 dcipiē. qa uie sunt clause Iuuaē tamē quādoq ex impetu aeris dilatātis uiā. ¶ S3 tu dices. qd facit opilatio in artharia cū nō faciat malū anhelitū. unde homo conatur. ¶ Dicēdū qd imo facit. Prio ppter additiōe3 i colore. & h° forte rediret ad primā causa3 ul' 2° ppter cōitatē & excessu3 materie pōt opilaē ramos cāne. 3°. qa artharie sunt uie aeris. ¶ Cō syderādū qd sermo qui diē. aut multiplicātur &ē. pōt referri ad statim dicta. ut dicaē qd ex materieb⁹ in pulmone fiunt opilatiōes uel apo stemata &ē. & ex h° uirt⁹ conaē cū omnib⁹ mē bris ad motū. Vel pōt esse sermo continu⁹. ut dicaē cū pulmo ipleē hūorib⁹. ul' cū fiūt aposte mata. ul' opilatiōes tūc cōstrictis meatib⁹ uirt⁹ conaē ut omnes si musculos moueat. & isti qbus h° accidit sunt patiētes asma &ē. ¶ Aut ppter negligētiā. ¶ Hec ē quarta cā. & ē negligentia & occupatio uirtutis in alio. Gal. uero prio li° de disñia 2ª ca°. ponit i h° curiosu3 exēplu3 de hoie q p uiā ābulās p aliquē finē abstrahiē pp aliq̄ cogitatiōe3. Vñ obliuisciē uelociter ambula re. & fit tard⁹ cum aūt reuertiē in mēte finis in quē itēdebat. uelocitaē tūc i motu. sicut ēt in fre neticis & pmistis mēte accidit i motu anhelit⁹ qui uolūtati subiciē. ita ēt accidit eis in urinādo bibēdo &ē. dixit aūt. aut paucitate. qa l3 sit pau ca necessitas. dūmodo nō sit mult⁹ defectus in calore. pōt tamē si negligaē mot⁹ anhelit⁹ tātū ex h° inflammari qd oportet facere anhelitum magnū. sicut ē pulsus .i. anhelit⁹ habētis permi stiōe3 &ē. ut in frenesi. ideo hoc cadit supra in signis frenesis. Et ex summa .i. ex hac necessitate assumata & collecta fit magnitudo anhelitus. quoniā multiplicaē in ipso. s. q habet pmistiōe3 ratiōis tēpore q° negligit uapores. ¶ Et simil'r. Declarat h° in hominib⁹ ēt si nō sint alienati in qbus calor cordis nō sufficiēter euētatur aere recepto una uice ul' duab⁹ postponiē. ergo qdā magnus anhelit⁹ usq quo ē adunata necessitas ex postpositiōe. et tūc restaurat cū magnitudie defectū i postponēdo adunata. & h° ē qd dixit & similiter ē pulsus .i. anhelit⁹ quādoq magn⁹ compl'o cordis cui⁹ nō ē cū illo calore. s. pportio nabili aeri attracto cordis. dico recipiētis anheli tū .i. aerē tractū per anhelitū. qa expelliē i. post poniē anhelit⁹ magn⁹ ad horā necessitatis .i. cū euētatiōe & restaurat cū magnitudine anhelit⁹ qd defficit cū expulsiōe .i. postpositiōe. ¶ Sed tu diceres. q̄re iste a pricipio nō facit anhelitu3 cōueniētē sibi. ¶ Dicēdū qd pōt eē ex negligē tia. quāuis nō sit alienat⁹. ul' qa pulmo non est proportionat⁹ in sua natura. ut opereē dilatatio nē sufficiētē. nisi conat⁹ adueniant. ¶ Al'r pōt exponi. ut dicaē qd postq̄ Aui. ostēdit qūo per negligētiam fit talis anhelit⁹ magn⁹ in quo oia mēbra pectoris moueē. & h° qñ ē negligētia cū necessitate. Hic declaraē h° idē quādo ē pauca necessitas. h⁹ eni supra premisit. Aut pp negli gētiā cū necessitate. aut paucitate. Et diē et simi liter ē pulsus .i. anhelit⁹ ei⁹. cui⁹ compl'o cordis nō ē cū illo calore. s. qui iā dictus ē q facit neces sitatē magnā. ut in freneticis. s3 ē calor ifra illū & sic ē pauca necessitas. ¶ S3 dubitaē. qa pōit q̄ttuor causas ppter quas oia mēbra pectoris moueē. s3 Gal. 4° de interiorib⁹. 7°. cap°. ponit tres causas dicēs. si infirm⁹ totū pectus mouet cū anhelitu adeo qd mot⁹ usq ad furculā ascen dit. & lateraliter usq ad grossa3 carnē spatula rū. & retro usq ad ossa spatularū. dicam⁹ hūc anhelitū tres passiōes ostēdere. Vna ē nimius calor & pulmonis & cordis incensio. Altera ni mia angustia in instrumētis spūs Tertia dfect⁹ uirtutis mouētis lacertos pectoris. ¶ Dicēdu 3 qd cāe sunt q̄ttuor. ut Aui. enumerat. Gal. aūt

cōpleuit ſermonē ſuū3 in 4° de interioribus. 2°
capi°. & in libro de diſnia.

A Igna. ¶ Hic ponit ſigna cauſaꝝ q̄
bꝰ totū pectꝰ mouet̄. Et qa in h°
cōtingit quādoq̄ multū aerē trahi
& undiq̄ pectꝰ dilatari uehemen
ter. & dicit̄ anhelitꝰ magnꝰ. Et aliquādo paucū
cōtingit trahi aerē & parū eleuari pectꝰ. Vnde
ēt ē quidā anhelitꝰ paruꝰ. ideo pōt dici qđ hic
ponūt̄ ſigna anhelitꝰ magni & pui. Et prio po
nit ſigna 2m generalē diuiſionē dictaꝝ cauſarū
2° ponit ſigna quedā apropriata cuidā ſpāli cāe
2a ibi. & quādoq̄ cōſtrictio. Prima i tres primo
pōit ſigna motꝰ pectoris totiꝰ quādo cā ē eius
inflāmatio. ſiue calor in ſpūalibus. 2° quādo cā
eius ē cōſtrictio meatuū. 3° quādo cā ē đbilitas
in ipſis lacertis per ſe. uel p cōitatē. 2a ibi. ſi aūt
nō fuerit. 3a ibi. ſi aūt mēbra. nō dixit de quarta
cā. ſ. negligētia uirtutis. q erat nota ¶ Dic̄ p°
Cā neceſſitatis. ſ. addite ꝑpter multū calorem.
¶ Virtꝰ fuerit fortis. Quia ſi eſſet debilis n̄
poſſet multū dilatare. nec multū conſtringere
pectꝰ. unde nō trahit̄ multꝰ aer. ¶ Calore. al'
calore & reliqs. qa ex rubedie faciei ifirmꝰ dic̄
ſe cōburi. ut 4° de iterioribꝰ. 4° ca° ¶ SI aūt.
Hic pōit ſigna motꝰ totiꝰ pectoris ꝑpter cōſtri
ctiōe3 meatuū. Si aūt nō fuerit ita qa non ſunt
ſigna inflamatiōis & caloris. & nō apparet qđ
uirtꝰ ſit debilis. Et cū h° uides qđ hō nō pōt
ntegre dilatar̄ pectꝰ quāuis totū pectꝰ moueat
tūc erit. ſ. motꝰ totius pectoris cā. i. ꝑpter cām
cōſtrictiōis. In re. & re. i. in alia & alia pte. qa in
guttere. uel ramis cāne pulmōis uel i carne pul
monis. Vel cā cōſtrictiōis. i. cā q̇ fac̄ cōſtrictiōe3
a qua cōſtrictiōe fit tal' anhelitꝰ. Erit in re & re
& in idē reddit. & patet qđ q legerūt nō bene
intellexerūt h° uerbū huiꝰ capl'i. Dicūt eni qđ
cā ē cōſtrictio facta a ſtomacho l' dyafragmate
& h° ē dicere in re & re. ſ3 h° apparet eſſe fl'm.
qa cōſtrictio a ſtomacho cadebat inter cās debi
litatis uirtutis &c̄. ¶ SI aūt. Nūc pōit ſigna
qbꝰ cognoſcimꝰ totū pectꝰ moueri pp debilita
tē uirtutis motiue lacertoꝝ pectoris ¶ Et ꝑmū
ſignū ē qđ omnia mēbra pectoris conat̄ moue
ri. nō tē app3 qđ moueāt̄ motu notabili. ſicut
accidit homini qui conat̄ ad id qđ nō ē. ſ. ei poſ
ſibile. Et ex h° ſigno app3 qđ nō ē pp iflamma
tiōe3 ꝑprie nec ꝑpter cōſtrictiōe3 meatuū. 2m
ſignū eſt qđ homo ex h° anhelitu facit multu3
conatū in narribꝰ ¶ Tertiū ſignū ē qđ i ſiſtole
nō ē exſufflatio. qa nō pōt debilis uirtꝰ forti
ter cōprimere nec ſubito. qa requirit̄ ad exſuf
flatiōe3. ¶ Dubitat̄ q̄re quādo homo anhelat
cū naribꝰ ē ſignū debilitatis uirtutis 2m Auic.
hic & Gal. 4° de iteriorибꝰ. 7° ca°. ubi in trāſla
tiōe greca dic̄. imbecilitate uero uirtutis ſine ex
ſufflatiōe que per os exitū ſpūs p naſum ſolet
fieri. Et in traſlatiōe arabica dicit. uidebis pul
pas nariū cōſtringi & dilatari qđ eſt magnum
ſignū i defectiōe uirtutis. Etiā ē ſr'ia. Raſis 3°
cōtinētis. ca°. đ anhelitu. ¶ Dicēdum qđ dilata
tio ēt cōſtrictio nariū nō ē ſignū ita apropriatū
uirtuti deffičēti. quin ēt aliјs cāis ſine qbꝰ totū
pectus mouet̄ poſſit reperiri imo repit̄ cu3 eis
ſicut i forti iſlammatiōe uidemus qđ homines
& animalia bruta. ut equi laborāt. ut per nares
trahant aerē. & ſimiliter quādo talis anhelitus
fit p cōſtrictiōem. Vnde Aui. ſupra dixit. iuuat̄
utriſq̄ naribꝰ in pluribus diſpoſi iōibus. ¶ S3
h° ſignū. ſ. nariū dilatatio plus apropriat̄ malo
anhelitui ex defectu uirtutis q̄ ex aliјs tribus
cauſis. & hoc ꝑpter duo. Prio. qa i tali anhelitu
fc̄o a debilitate uirtutis lacertoꝝ omnis motus
tā pectoris q̄ ptiū adiacētiū ſunt debiles & nō
apparētes. & ſic nō app3 motus exſufflatiōis
& iō motus folioꝝ nariū ur̄ magis manifeſtus
ſ3 in anhelitu in q° omnia mēbra pectoris labo
rant fc̄o a calore forti ſunt multi motus magni
& apparētes. & iō nariū motus nō ſic nominat̄
Simlr intelligit̄ de anhelitu fc̄o ꝑpter conſtri
ctiōe3 uiaꝝ pulmonis. & ſi exſufflatio nō ſit ſic̄
in illis q̇ hn̄t fortē calorē & incendiū. ut 4° de
interioribus 7°. cap° eſt tn̄ manifeſtior motus
ptiū pectoris & ideo nō ſic eſt notabilis motus
nariū. Secūda cā ē. qa uirtus debilis nō poteſt
ipulſiōe forti mouere aerē ut uēiat ad os. imo
debiliter motus aer ꝑuenit ad partes collatoriꝫ
& exit p nares. & facilius ē debili uirtuti trahe
re per nares ſi nō ſint opilate q̄ p os. propria
. n. foramina nariū ſunt ad anhelitū & nō os. Vn̄
Gal. xi° libro de utilitate pticulaꝝ xi°. cap°. Na
ſus qdē reſpiratiuoꝝ organoꝝ ē prius. os uero
nullatenus reſpirat nulla paſſiōe cogente aīal
uerbi ḡtia opilatiōe nariū. Exiſtēte g° debili uir
tute fit p partē faciliorē ſibi. & iuuat ſe cū nari
um dilatatiōe. Vnde Gal. prio libro đ diſnia 2°
ca° a finali dic̄. quādo torax imbecillꝰ decente
mouet̄ 2m inſpiratiōes quibꝰ coadiuuat imperꝰ
ſpūs ale. naſi cōtrahētes aliquātulū aerē extrin
ſecū 2m motū quo & per os attrahet̄ qđ eligē
tes colligimꝰ labiu3. ¶ Et quādoq̄ cōſtrictio.
¶ Hic ponit ſigna predicti modi anhelitꝰ apro
priata cuidā ſpāli cāe que ē cōſtrictio ſiue opila
tio cāne & uiaꝝ pulmonis ex materiebꝰ hūidis
ut fl'ate uel ſanie. Et facit h°. qa iſtud ſepe acci
dit. & dic̄ qđ cū ſignis talis anhelitus ē ſonus
eiꝰ q ſtertit. qa hūiditas illa diuiſa ab aere ſonāt
& neceſſitas excreatiōis. qa neceſſitas ad expellē
dū. & additio ſigni. ſ. huius ut ſtercoris & neceſ
ſitas excreandi ſupple ē ſignū cōſtrictiōis tota
le. qa materia addita poterit totaliter opilatio

cōpleri. & iō solicitādū in cura. ¶ Q̄d si id n̄ fuerit. s. q̄d cōstrictio n̄ sit pp materiā o pilātē erit cā magis inobediens. qa ꝑpter apoplexiā prauā. Pōt tñ al'r exponi. ut dicat. ¶ Et si illd̄ nō fuerit. s. q̄d cū tali malo anhelitu cōstrictionis in quo mēbra pectoris mouent̄ nō erit fter tor. erit cā magis inobediens. qa apostēa ortum in pulmone nūdū maturū. ut Gal. 4° de interioribus 2° capitulo. in principio. ¶ Cum ergo pꝫ & sunt sermones Gal. ibidē &c̄.

Est ille. ¶ Hic determinat de anhelitu uehementi. i. forti. ¶ Considerandū ꝙ anhelitū notificat fortem ex duob⁹. Primo ex una dr̄ia cui cōiungit̄. sicut magnitudo. Est. n. magnitudo anhelitus dr̄ia multū manifesta & manifestans fortitudinē uirtutis. Et anhelit⁹ uere magnus n̄ ꝑ ōt esse qn sit fortis saltē p̄ncipal'r. sicut ēt dicimus de pulsu. ut declarauim⁹ supra. cap° de pulsu. Secundo notificat fortē anhelitū ex mō q̄ cōiungitur cū anhelitu magno. & hoc ex forti conatu uirtutis faciētis magnitudinē que toto posse conat̄ ꝑpter supfluā necessitatē in attrahēdo et expellēdo. & iō sit anhelit⁹ cū magnitudine fortis Derelinq̄t aūt ex hoc notū ꝙ fortis est q in sua dilatatōe tactui resistit. ¶ Illic. i. in faciēdo magnitudinē. ¶ Supflua coartatione. i. pp necessitatē supfluā coartantē eam. ¶ Dubitat̄ quare nō posuit signa. ¶ Dicēdū ꝙ sunt sensata manifesta. s. signa fortis uirtutis necessitatis addite. s. multū & obediētie instrumenti.

Est species. ¶ Determinat de anhelitu alto. & dicit ꝙ ē species magni ¶ Consyderandū ꝙ iprope dicit̄. est species. qa ē quedā magnitudo. s. secūdū unā dimensionē tm̄. & ideo dicit̄ subtilis uel sublimis. sicut ēt dicim⁹ ꝙ pulsus alt⁹ est quidā pulsus magn⁹. Et ex hoc Auic. uult ēt ꝙ sint quedā alie magnitudines. s. long⁹ secūdū dimensiones pectoris. & alt⁹. quelibet enim pōt dici species anhelit⁹ magni. ¶ In quo cōsiderādū ꝙ aliter possim⁹ imaginari ꝙ anheli⁹ dicet̄ alt⁹. ex hoc ꝙ altas siue supiores ptes pectoris mouet & hoc uidet̄ cōsonū multū ei q̄d dicit in quo ē necessari⁹ mot⁹ supiorꝝ lacertorū. ¶ Et n̄ pucnit necessitas &c̄. ¶ Et pectoris. s. ifterioris. in pestilētialib⁹ febrib⁹ fit icendiū in ꝑtib⁹ cordis & supiorib⁹. Vnde uersus. epar q̄n n̄ appꝫ alteratio ad calorē manifeste. quapropter mingūt urinas laudabiles. & iō multū isurgit necessitas mouendi supiores lacertos plusq̄ iferiores ¶ Non posuit signa. quia sunt nota. Vniuersaliter enim sunt signa pestilētialis febris. & omnis dispositionis necessitātis ad motuum & supiorꝝ

musculorum.

Cognitio. ¶ Hic ē sermo d̄ anhelitu puo. Licet eni supra de eo dixit fuit tātū sermo generalis z^m uiā cōparatiōis ad magnū. Prio g° notificat nobis paruū anhelitū. & poit cās. z° signa. z^a ibi signa. Prio dic̄ q̄d cognitio causaꝝ pui anhelit⁹ ē q̄d tu cōgreges cās magni. & z^m semitā oppositiōis. qa z^m opposit as cās ē anhelit⁹ puus. ¶ Cōsyderādū q̄d hec cōparatio in cāis n̄ō ē. qa si c̄ ad anhelitū magnū requirit̄ mot⁹ omniū ptiū pectoris & qa mult⁹ trahit̄ aer. ita p oppositu; omnes cās cōtrarias oporteat eē in anhelitu puo. suffic̄ eni destructio alterius cāꝝ. sicut ad destructionē toti⁹ inteḡlis. Erit g° paru⁹. si parua q̄titas aeris attrahet̄ licet oia mēbra pectoris moueāt̄ Et quāuis nō omnes ptes pectoris moueāt̄. nō propterea ē puus. pōt eni solo dyafragmate fieri equalis. sꝫ cōtingit q̄d qbusdaꝫ solis lacertis magni sit motus puus. qa debilitato dyafragmate & diminuta necessitate eo solo motu ē puus. ¶ Dubitat̄ utrū omnib⁹ lacertis pectoris motis fortiter z^m ōeꝫ dimēsiōeꝫ superabūdanter necessario sit anhelit⁹ magn⁹. Videt̄ q̄d sic. qa necessario tūc trahit̄ multā quantitas aeris. ¶ In cōtrariū. qa n̄ fuisset necessariū Aui. exp̄mere q̄d anhelit⁹ magn⁹ ē q recipit aerē plurimū. ¶ Dicēdū q̄d n̄ qa clausis uiis pulmōis & adhuc stāte uirtute forti. possibile ē pectus undiq̄ fortiter moueri. sꝫ nō tātū. q̄tū si nō esset opilatio cū ppopilatiōeꝫ nō possit trahi multus aer nec expelli. ¶ Ad cōtrariū dicēdū q̄d trahere t̄. nisi esset opilatio. ¶ Sed tu diceres. q̄uo g° t̄p eret̄ spatiū pectoris. ¶ Dicēdū q̄d uaporibus qui sunt interi⁹. q̄ē raresiūt ptes. Iste tamē anhelit⁹ nō perdurat quin cito pmutet̄ ad mortem. uel aliter &c̄. ¶ Et qn̄q̄ ¶ Hic incipit in spāli ponere causas & signa p adiūctionē ad anhelitū paruū rarū uel frequentē. & ponit duas causas. Prima est dolor. siue sit in partibus spiritualibus. siue sit in aliis qui etiā pp motuꝫ augetur. & tunc homo cessat a multa dilatatōe pectoris. & ideo separat &c̄. qa nō pmittit ea opari. Secunda causa est constrictio. i. opilatio. Vnde multus aer non potest intrare. tercia causam. s. ex defectu uirtutis tāq̄ notā derelinq̄t. quia hoc statim dixit q̄d anhelit⁹ ē paruus & rar⁹. & significat multā infrigidatiōeꝫ. & sic mortificatiōem. unde pauco aere & raro eget. ¶ Frequētia significat dolorē. Dolor eni cū nō permittat multū dilatari partes pectoris. necessitat ad restaurādū per frequentiam. Ex alio tñ q̄ dolore posset fieri paruus & freq̄ēs. ut necessitate addita & inobediētia instrumēti. tamen ut plurimū inobedientia pectoris est propter dolorē ul'

coniuncta dolori. ¶ Signa. ¶ Prio ponit signa in generali. & sunt nota. Si enim ē a defectu uirtutis signa sunt defectus uirtutis. ¶ Ipsum.

¶ Dicit in spāli. Et pmo ponit signa parui anhelitus propter dolorē. 2° pp opilationē. 3ª ibi. et factus. ¶ Considerandū ut patet ex pmo libro de disnia. dolor uerbigratia ex apostemate spūalīū sic disponit anhelitū. Nam quia hō in actu motus sentit magnificari dolorē n̄ facit magnū anhelitū. Si ergo hō n̄ tollerat dolorē. s. magnificatū ex motu. sed expectat sup ipm dolorē quē hēt fugiens augumētū. & secūdū hoc diminuit de anhelitu. tunc possibile est ꝙ postea magnificet anhelitū. & ꝙ faciat aliqs anhelitus magnos inter paruos. & h° ē ꝑpter duo. Vel qa necessitas multa uincit. uñ uelit nolit cogit̄ tolerare dolorē & facit unū anhelitū magnū. Vl' quia ipē potest tollerare illū dolorē. ita eligit hoc pp necessitatē quā cognoscit. & negligit dolorē. Alia lr̄a dicit. nō tollerat. i. uult stare cū illo tanto dolore quē hēt dubitans de pluri. ¶ Et factus &c. ¶ Cōtrario illius totius quia n̄ sentitur dolor si ē ex sola opilatione. nec unq̄ facit anhelitum magnum opilatione stante.

E St ille. ¶ Iste anhelitus nō ē. nisi qñ longo tempore durat dilatatio uel cōstrictio pectoris. ut in tēpore lōgo. operet̄ i multi aeris attractione ul' emissiōem. ¶ Et quādoq. ¶ Causas eius pōit. s. dolorē. aut opilatiōe3 in uia. scut in squinātia. & h° ē qđ dicit. aut strictio. ex qbus dficiēte magnitudine recōpēsat̄ p lōgitudinē. ut i h° tātū trahat̄ de aere in lōgo tēpore. q̄tū trahet̄ per magnū & uelocē anhelitū. ¶ Cōsyderādū aūt qđ dixit quādoq prohibet. ut innuat qđ anhelitus iste lōgus pōt fieri quādoq cōiūctus magnitudini & uelocitati. h° tamē ē addita multū necessitate cū alijs causis. Magni anhelitus signa nō pōit. qa sunt. dolores & signa prefocationu3.

Color. ¶ Prio i generali pōit signa debilitatis epatis z° in spāli.ibi.zª cōplexiones aūt Prima i duas.prio ponit quedā signa sumpta a colore.z°.ponit signa sumpta ab exeuntibꝰ.ibi.zª.& egestio./ Cōsiderandū p° q epar ut plurimu3 p mutatꝰ aut ad caliditatē aut ad frigiditatē.Et iō ut plurimū epaticorū color declinat ad citrinitatē/& cu3 ē epaticꝰ ex mala cōplexiōe calida que precessit/Aut que est frigida declinat ad albedinem/& hoc quando est a frigiditate/sed quando caliditas aut friditas intēduntꝰ/declinat color eorum ad uiriditatem aut ad fuscitatē.s.aut ppter fortē adustionē.aut propter fortē congelationē ¶ Consyderandū post.qd nō de quocūq; medico dixit illud.s3 de experto.qa isti sunt in qbꝰ multa firmātur iudicia ex expientia ratiōi coiūcta.Inexpti aūt medici.i.carentes sciētia sicut i alijs.sic in his oberrāt iudicijs.Et iō Gal.5° d interibꝰ.7° ca°/Vos aūt cognouistis qa multas uiso infirmo passiones intellexi quodam iudicio nuncians per eius colorē. ¶ Sed dubitatꝰ.Verū color possit ostēdere epatis dispōne3.existēs signū illius certū./Et uidetur qd nō.qa signum multū uariabile nō pōt certe de epatis aut stōachi dispōne nūciare/talis aūt ē color.na3 uariatꝰ ex dispositiōe aeris/& ex dispōne mēbrorum cuti adiacentiū pōt uariari. ¶ Amplius aūt si color de iteriori corporis dispōne mōstrar3 tūc maxie demōstrat dispōnē cordis/qa cor toti dominatꝰ s3 sup ipiꝰ dispōe nō uidetꝰ significare.g° &c. ¶ Oppositū uꝰt Aui.hic & Gal predicto loco. ¶ Dicēdū qd corporis color d dispōne iudicat epatis & stōachi.Huius cā ē.qa color diuersus causatꝰ i cute ex diuersa hūorum manerie ueniētiū ad cuti.sup illa g° mēbra cutis color significat q sunt cā diuersitatis coloris i cuti.zm diuersa3 eorum dispōne3.hec ppō nota ē/Omne eni qd ab aliquo oritꝰ qd illiꝰ cā ē/significatio ē eius a quo ē.ut Gal loco pallegato/s3 epar & stōachꝰ sunt cā diuersi coloris i cuti.zm diuersa3 eorum dispōe3 /nā cutis color maxie diuersificatur exꝰ diuersis hūoribꝰ.Epar aūt diuersis hūoribꝰ tribuit colores/Similiter & stōachꝰ pōt eē cā diuersitatis i hūoribꝰ/qa cū chilū substantie male epati trāsmittit/epar nō pōt omnino illū trāsformare/q̄ remanet sub aliqꝰ mō sui coloris/queadmodum uidemus qd cū epar nō tribuit bonos humores mēbris/qd mēbra in assimilatione deficiunt.ut quādoq; generetur caro alba citrina nigra uꝰ uiridis/ut summi pōt ex mente Galieni sexto d accidenti & morbo sequitꝰ g° qd color sup horum dispōne significet. /Ex qbꝰ haberi pōt primo q si color significet sup dispōne horum mēbrorum ñ significat sup eorum dispōne ut ē imateria/s3 maxie ut ē dispositio cōiuncta materie/Nam si color

citrinus significet sup dispõne calida epatis.hoc
nõ facit immediate,sʒ mediante habundãtia co
lere.qa ipsa multiplicat̃ ex dispõe epatis calida.
& sic calidã epatis dispõneʒ significat. Similiter
si color naturalis ut premissus ex albo & rubeo
significet sanitatẽ epatis.hoc facit quia significat
naturalis sanguis habundantiã.sʒ hoc fit ex sani
tate epatis. Ex predictis gº habet̃ qđ color in me
diatius significat đ dispõne epatis q̃ đe dispõne
stõachi.nam sup illo color imediatius significat
qđ tribuit hũoribus colorẽ quo cutis coloratur
hoc aũt facit.epar. Stomachus aũt nõ sic.sʒ cum
homo ẽ plũbei coloris põt significari.qa stante
epate sano significatur ꝙ epati dat chiluʒ crudũ
& quia cruditas fit a frigiditate.iõ stõachi defe
ctuʒ & frigiditatẽ significat. ¶ Cõsiderandũ ꝙ
si ex colore debeamus significare super dicta mẽ
bra requirũt̃ cõditiones quedã ex parte signi.
& quedã ex parte significantis.ut ex pte medici.
quia debet esse expertus sicut dictuʒ ẽ.Ex parte
uero signi.i.coloris ex quo significamꝰ qa debʒ
persupponi ꝙ color iste nõ fiat a causa extriseca
sic enĩʒ dearticulat & determinat Gaˡ.hoc signũ
ĩ tegni illo cº.Totius uero corporis ubi.Permu
tant enĩʒ dispões distempate.i.habitatiões cutiʒ
secundum se formantes. Debet etiã presupponi
ꝙ colori cutis hũores correspõdeãt.Color enim
cutis dominãtiã oñdit humoꝝ.si ñ in iterioribꝰ
occu buerit ut zº cõmẽto pᵉrie pticule afforismo
rum.&.zº.de regimie sanitatis. ¶ Ad obiecta
in cõtrariũ pʒ. ¶ Ad primũ dicẽdũ qđ nõ ẽ ser
mo de colore. uariato.a cã extrinseca.sʒ itrinseca
magis. ¶ Ad zᵐ.dicẽdũ qđ cor nõ trãsmittit
super toto aliqđ qđ uariet colorẽ.sʒ trãsmittit
substantiã spũalẽ magis que nõ recipit uarieta
tem penes citrinũ uiride & nigrũ.sʒ epar hº fac
& similiter stõachus zᵐ modũ dictũ. ¶ Con
syderandũ post per hº qđ dic utputa &c. qa
illa pars põt dupliciter exponi.prio qđ medicꝰ
expertꝰ cognoscit epaticũ & stõatichũ &c. Sʒ
diceret aliquis.pº medicus cognoscit p coloreʒ
omnẽ passiõem stomachi & epatis.qa quicũq̃
habʒ aliquã passiõnẽ stõachi & epatis põt dici
stõatichus & epaticus ¶ Respondet Auĩ.qđ
itelligit p stõaticũ & epaticũ eũ q̃ stõachi uel
epatis debilitatẽ patit̃ absq̃ cã manifesta.ut
ipse dixit.& nõ itelligit omnẽ q̃ hẽt egritudinẽ
sʒ dixit sic. utputa qa nõ inuenit alibi p aliud
nomẽ qđ significet debilitatẽ stõachi.& epatis
de quo itẽdimꝰ nisi hº nomẽ stomaticã & epa
ticã.sicut si hoc nomẽ animal esset nomẽ alicuiꝰ
determiate spẽi.& illa spẽs ñ hẽret nomẽ aliqđ
pportiõale sibi & pptiũ.Si gº loquẽdo ad itẽ
tionẽ de ipẽ illa diceremus aial mouetur.nõ in
telligeret̃ de omni aiali.sed de illa spẽ tantum.
|| Alio mõ põt exponi.quia dixerat qđ nõ eget si

gnificatione alia. Dicit Auĩ.ꝙ ñ debes hoc abso
lute itelligere.sed nos uolẽtes ponere ꝙ signum
sumptũ a colore erat ualde efficax ñ inuenimus
aliud nomen quo possumus hoc denotare nisi
istud cũ diximꝰ ñ egens cũ eo alia significatione
ex hoc dicimꝰ đ aliquo.iste est sapientissimꝰ.nõ
tñ uult significare ꝙ nullꝰ iuenit̃ sibi compar.sʒ
fere eiꝰ sapiẽtia & bonitas ñ põt explicari per
aliud nomen siue p aliũ modum loquendi. ¶ Et
egestio ¶ Prio facit hoc.zº oñdit pmutationeʒ
huiꝰ exeũtis.ibi zª.& iste fluxus. ¶ Dicit ꝙ e
gestio simiˡˢ loture carnis significat ꝙ epar non
laborat fortiter in generando sanguinẽ. q̃si ma
teria eiꝰ.s.sanguis ñ separ̃.s.i forma et colore a
chilo.& qa chilus est albꝰ.iõ sanguis ille rẽdit
ad albedinẽ.& non est uere rubeꝰ.& iõ subtilis
& albꝰ apparet.ergo urina ut lotura carnis.qa
non separ̃.ab aquositate sangis. Et apparet.ege
stio ut lotura carnis.qa chilꝰ attractꝰ in meser
aicis ñ separ̃ a natura chilli.& hoc secũdũ pluri
mũ est significatio debilitatis.s. digestiue epa
tis.qa posset ẽe ex debilitate retẽtiue ut ponet.
licet hoc sit sepiꝰ. ¶ Et iste pmutat̃ pp actõeʒ
ulteriorẽ & corruptionẽ fit uirulẽtꝰ ex egestiõe
postea ut fex.s.melãcolica.& hoc ex ulteriori ac
tione.uñ ingrossat̃ & multiplicat̃ añ & cũqa ex
actione tali priꝰ materia uertit̃ i colerã q̃ i fecẽ
ex adustione. Et iõ ante ipsum.s.sicut fex.uˡ añ
ipsum.s.uirulẽtũ.uel ante ipsum.s.lauatiuum
nã fluxus uẽtris lauatiuus non fit ex mala com
plone calida.nisi cũ pducit ad resolutioneʒ.sed
ante quod adurit humores & cõuertit i colerã.
¶ Et in hñte complõnẽ frigidaʒ fit supple pꝰ
lotiuũ sicut sanguis cõgelatꝰ ex ulteriori i frigi
datione.uel putrefactione.qa derelictus a pprio
calido. Propterea credo caliditatem frigiditateʒ
accidẽtalẽ a qua putrefit.& perueniũt ambo.s.
fluxus lauatiuus in cõplexiõe calida & frigida
ad educẽdas res diuersas. ¶ Sʒ.t.d.q̃re perdu
cit ad educẽdas materias magis diuersas mala
cõplexio frigida q̃ calida ¶ Dicẽdũ qđ omnia
existentia tendũt ad naturã pprũã.s. melãcolie
uˡ colere aduste.sʒ possʒ generare melãcoliã p
cõgelationẽ.nõ tñ ex omni hũore accidit gº ꝙ
hũores ifrigidati putrefiũt i se ipsis. Et sic unꝰ
quisq̃ hũor ab alio differt sic ppriã recipit cor
ruptionẽ & putredinẽ.et iõ educti alias hñt for
mas.Et iõ Galˡ.ibi ponit qđ in debilitate epatis
ex frigiditate in principio ñ ẽ febris.sʒ morante
febres oriunt̃. Et est.s.in eis fluxꝰ.sicut ille qui
accidit pꝑter debilitateʒ digestionis stõachi.ille
aũt est fluxus cibi ñ digesti in stomacho.ita iste
ẽ fluxus hũorũ nõ digestorũ in epate.uˡ ille est
fluxus cibalis.& sic iste ¶ Sʒ dubitat̃ quia.A.
dixit fluxus uentris lauatiuus.& nõ dixit hoc đ
urina lauatiua quũ posuit egestionẽ lauatiuã.et

urinā ſim̄l fore ſignū debilitatis epatis. ¶ Dicen
dū ꝙ etiā urina lauatiua pōt ꝑmutari. Et Auic.
dedit hoc itelligi. Vel dicendū ꝙ magis permuta
tur fluxus q̄ urina. quia i concauo ſunt plures
ſupfluitates q̄ i gibbo. Sāguis eni puenit ad gib
bū iā mūdificat⁹ a ſupfluitate melācolica et cole
rica. & ꝑpe ſupple fit iſte flux⁹ ſicut ſtōachi ci
balis cū penetrat cibus ſ. inteſtina. & ñ hēns ac
tionē ad epar. ¶ Sed t. d. qūo fit fluxus cibalis
in epatico cū iaȝ poſuerit qd̄ ſit flux⁹ ut lotura
carnis. ¶ Dicēdū qd̄ ſit fluxus ut lotura carnis
q̄tū ad illud qd̄ ad epar uel meſeraicas portat̄.
ſȝ ſit cibalis q̄tū ad illud qd̄ remanet nō attra
ctus ad meſeraicas. ¶ Vel poſſȝ aliter expōi ut
dicat̄. & ē dolor leuis extenſus. ſ. in epatico. &
ꝓprie ſupple ē dolor iſte cum penetrat cib⁹ . ſ. p
epar. ſ. qa tūc magis ḡuat̄ pp onus cibi. ¶ Cō
plexiōes aūt. ¶ Hec habȝ duas. p° pōit ſigna d̄
bilitatis epatis q̄tū ad ſui cauſas. z° q̄tū ad ſui
modos. ibi zª. ſignificatio uero debilitatis. Pria
in duas p°. ponit ſigna debilitatis epatis facte a
cā cōplexionali. z° a cā cōpoſitionali. ibi zª. ſigna
aūt apoſtematū. Prima in duas. p° ponit ſigna
debilitatis cōis facte a cā generali cui⁹ pricipiū
ē ex epate. z° cuius principiū ē ex aliis mēbris.
ibi zª. & illā. Que p° dic̄ ſunt dicta Gal 5° de
iterioib⁹ 7° ca°. & Serapio. 4° tractatu. p° ca°
Secunda pars poſſet diuidi in partes patentes.
¶ Circa finē cōſyderādum qd̄ Aui. nō poſuit
ſigna facte per cōitatē. qa hoc maxime cōtingit
in febribus. & notū ē. ¶ In ſuſpenſoriis. i. pāni
cul appēdentibus epati dyafraſmati & coſtis.
Significatio uero modi debilitatis epatis erant
duo. ſ. cōis omni uirtuti ſue. & ſpālis alteri uir
tuti. Pōit g° ſigna d̄bilitatis ſpāliū uirtutū epa
tis. qa ex h° reliquūt̄ nota ſigna debilitatis cōis
p° pōit ſigª debilitatis digeſtie epatis. & ſuos
mōs. z° pōit ſigª attractie. 3° retētie. dereliquēſ
ex h° nota ſigª d̄bilitatiſ expl'ſiue. ibi zª. et alb⁹
pur⁹. ſibi. & uria. ibi 3ª. uer̄ ſiḡtōes. Pª i duaſ
p° pōit dicta ſigª & mōs. z° cōpat. ibi zª. et d̄te
rior. ¶ Cōſiderādū p° qd̄ nutrimētū pōt ire ad
mēbra nō digeſtū aut parū digeſtū ꝑpter dupli
ceȝ cāȝ. ſ. ut ꝑpter digeſtiue epatis malitiā. ul' ꝑ
pter malitiā retentiue. qa nō tanto retinet tēpore
quo digeſtia poſſit digerere. et iō ſigna hec ſigni
ficant digeſtiue malitiā. niſi ipſa eueniant ex retē
tiue debilitate. ¶ Et deterior. ¶ Circa hanc pteȝ
dubitat̄. qa Auic. ponit qd̄ nocumentū digeſtiue
epatis ꝙ ē ablatio ſit deterius. deinde diminutio.
minus uero nocumentū ſit corruptio. ¶ Aliter eni
uidetur Serapio dicere. 4°. tractatu ſue practice
p° c°. ubi nocumentū corruptiōis ponit deteri⁹.
deinde ablatiōis. deinde diminutionis. ubi ſic. Et
qñ corrumpitur uirtus ꝑmutatiua. tūc qñq; ma
teria cibi q uenit ad epar. ad qualitatē orribileȝ.

& qñq; remanet. zm. naturā ſuā ſpacio lōgo. ꝑter
ꝙ recipiat digeſtioneȝ. Et qñq; digerit̄ media di
geſtione. & deterior hay triū ē hitudo pª. & zª
ē minoris corruptiōis q̄ pª. & 3ª. ē miorisiq̄ ille
ambe. ¶ Et cōfirmatur rōe que ſummit̄ ex lr̄a.
Serapionis ibidē. Nocumetū eniȝ illud epatis ē
deterius p ꝙ alterat̄ ſanguis ad diſpōneȝ malā.
unde nutrimentū totius corrporis corrūpit̄. Hoc
aūt ē quando digeſtiua epatis ē corrupta. Vnde
Serapio ibideȝ. Et deterior horay triū ē habitu
do pª. qd̄ ē quia ſanguis alteratur ad diſpōeȝ q̄
fit mal⁹. & puenit ad corruptiōeȝ cōeȝ. ¶ In cō
trariuȝ huius eſt hic Auic. ¶ Ad diſſolutionem
huius ē hic conſyderandū qd̄. nocumenta digeſti
onis poſſunt conſiderari dupliciter. aut ex parte
cauſe. aut ex parte eius qd̄ de relinquitur ex no
cumentis. Si ergo hi modi nocumentorū cōpent̄
penes eorū cās tunc dico ꝙ nocumentū ablationis
eſt deteri⁹. deinde diminutionis. ultimū uero in
malicia ē nocumentū corruptionis. Huius rō ē.
nā ablatio & diminutio digeſtionis fiūt a frigi
ditate. ſaltē ut plurimū. ſed corruptio digeſtio
nis fit pl⁹ a caliditate. nocumentū aūt caloris i ſe
min⁹ malū ē. q̄ nocumētū frigiditatis. ut ſupra
fuerūt hec dicta declarata. Si aūt cōpent̄ hec. no
cumēta penes id qd̄ ex eis derelinqt̄. ut ſic nocu
mētū corruptionis ē deterius. deinde nocumētū
ablationis. ſed minus malū ē nocumētū diminu
tionis. ſicut Serapio diſpoſuit. Huius aūt rō ē.
nā illud qd̄ ex his modis nocumētoy derelinqt̄
ē res corrupta. res nullo mō digeſta. & res di
minute digeſta. mō deterius ē rē eſſe corruptā
q̄ nullo mō digeſtā. aut q̄ diminute digeſtā. nā
i iſtis non attendit̄ malicia maior uel minor. niſi
ſecundum ꝙ magis uel minus ſunt remota a poſ
ſe pati ut ꝑficiant̄. mō diſtat magis ſanguis cor
rupt⁹ ad hoc ut fiat bonus. q̄ ſanguis nullo mō
digeſtus hñs aliā maliciā. aut q̄ ſanguis diminu
te digeſtus. & hoc eſt ignotū apud eū qui parū
uidit in philoſophia naturali. Ita uero contradi
ctiones ſoluūt̄. ¶ Conſyderandū poſt. qd̄ illud
dictū Auic. contra alios. ſ. abſolute platū ē. ſicut
ipſe dicit. nā illa uerba ſunt abſq; cōprehēſione
dicere. ſ. qd̄ duas primas. i. nocumētū ablatōis
& diminutionis ſequit̄ fluxus diuerſay partiū
& terciā. i. nocumentū corruptionis ſeqt̄ fluxus
ſicut ſanguis groſſus. ¶ Hec eniȝ dicta ſine du
bio uerificari ñ pñt. Sed ſi illa referāt̄ ad dicta
Serapionis. & ad ordinē quē Serapio ponit. tūc
pñt uerificari. qa p duas prias itelligit nocumē
tum diminutionis. quia illo ordie Serapio diſpo
ſuit. Et p⁹ p̄dicta uerba ſubdit. & ſequuntur p̄
mas duas p̄cedētes. euacuatio & uomit⁹ ſpērū
multay diuerſoy colorū & ſubſtātie. & ſeqtur
terciā euacuatio ſimilis loture carnis aīalis ex ꝓ
pinquo decolati. Manifeſtū aūt ē qd̄ corruptio

nem sanguinis i epate sequitur fluxus & uomi
tus diuersorum colorum quia ibi diuersi sūt hūores
corrupti ablationē et sequit hoc.cū nutrimētū
nullo mō digestū nec conuersum corrumpatur
& putrefiat.sed digestionē diminutā sequitur
fluxꝰ sicut lotura carnis.quia hic ē color sangui
nis diminute decocti. ¶ Consyderandū ulteriꝰ
q ablutiuus fluxus.i.fluxus sicut lotura carnis
significat debilitatē digestionis cum digestione
pauca.i.significat debilitatē digestionis & dige
stionē paucam.& ē modꝰ loquēdi similis ei quo
diceremꝰ.dolor significat malā cōpōnē cū solu
ta cōtinuitate.i.significat malā cōpōnē & solu
tā continuitatē.qa alterum istorum.Sic et fluxꝰ laua
tiuus significat debilitatē digestionis.uł paucā
digestionē.Differt autem debilitas digestionis
a pauca digestione.qa debilitas digestionis dicit
ppe defectū i uirtute digestiua.s3 paucitas dige
stionis dicit ppe paucitatē ipsiꝰ actōis uirtutis
digestiue in ipsam materiā.Et hoc fit qn̄ ñ tā
to tpe retinet cibꝰ q possit digeri. ¶ Cōcludit
ergo q fluxꝰ ablutiuꝰ significat debilitatē dige
stiue uirtutis cū digestiōe pauca.qd̄ referri pot
ad nocumētū retētiue. ¶ Et albꝰ purꝰ. Incipit
aliqd narrare d̄ signis d̄bilitatis attractiē.Albꝰ
purꝰ ē egestio chilosa.& iō significat qd̄ attra
ctiua epatis ē debilis i attrahēdo.et digestiua eiꝰ
penitus ñ agit in materiā. ¶ Cum egredit &c.
¶ Et urina. ¶ In hac intentiōe.i.significatione
debilitatis epatis ē magis &c.causa ē.nā egestio
significat de dispōne meseraicarum & cōcauitatis
ubi ē magis attractiua.sed urina significat de
dispositiōe gibbositatis & carnositatis ubi est
magis digestiua. ¶ Et quādo cū hº scilicet qd̄
egestio ē alba &c.ē tinctura.cū uria significat
qd̄ nocumētum ē in attractiua tantum.& non
digestiua.qd̄ apparet.qa urina alterata est.&
tincta.& proprie quādo nocumētū nō ē in stōa
cho.qa hoc posset esse cā illius egestionis albe
lenis.dato qd̄ in epate nō esset nocumentū.uł qa
si uideo sanū stōachum & egestiōem albam &
urinā tinctā.tūc certū ē qd̄ nocet epatis attracti
ua. ¶ Et certificat &c.qa sigt qd̄ epar nutri
mētū p toto nō trahit. ¶ Verū. ¶ Pº icōi pōit
sigª debilitatis retētie.zº pōit q̄dā spālē signifi
catiōe3 ibi zª.& illd̄. ¶ Dicit pº qd̄ sigª debili
tatis retētiue epatis sunt illa q̄ sunt signa debili
tatis digestiue.quādo hoc accidit pp retētiue
debilitatē.& hoc ē quādo ad mēbra peruenit
nutrimētū illaudabile zm illā spē3.s.male dige
stiōis zm quā pueniebat cū erat i digestiua debi
litas.uel zm illā significatiōnē.s.qua significet
in retētiua debilitas.& nō in digestiua. ¶ Verum
illd̄.s.qd̄ nutrimētū malū pueniat ad mēbra.q
sit male digestū ē pp̄a digestiua.s.d̄bilitata.&
a retētia.s.debilitata minꝰ.qa sicut bonitas dige
stiōis ē a digestiua.retētiua uero coadiuuat.sic
pmū nutrimētū male digestū hoc habet ppter
digestiue defectū.& sibi attribuit ut plurimū
nō aūt ppter defectū retentiue nisi raro. ¶ Cō
syderandū qd̄ nutrimentū q puenit ad mēbra
pōt esse illaudabilis digestiōis aut ppter defe
ctū digestiue uirtutis epatis p se.aut ppter defe
ctū retentiue.qa nō retinuit usq ad cōpletā di
gestionē gº signa que significant debilitatē dige
stiue.significant debilitatē retentiue.cū non sunt
ppter debilitatē digestiue.Et illud potius ē.zm
ratiocinationē q̄.zm.cōparatiōis actū.Posset gº hic
ex noticia cōplexionis epatis distingui.Cum eni3
epar alicuius.zm.caliditatē conuenientiā hēt qua
possit digerere.& appar3 i corpore nutrimentū
ab epate male digestū.cōiecturabis forsan hº fo
re ex retentiue debilitate.nō aūt digestiue cū.zm
epar nō appareat qualitas que digestiuam debi
litare debeat. ¶ Et est. ¶ Hic app3 unū3 signū
retentiue.& dicit q illud signū qd̄ ē propriū re
tentiue.s.debilitate ē qd̄ ab epate festinat remo
tio hūorum expulsiue.i.facta expulsiua que ipellit
oēs hūores simul ad mēbra āteq̄ fiat sepatio triū
superfluitatum.& qa aquositas non sepat a sangui
ne.i3 festine remouet ab epate ipulsa ad mēbra
minorat urina.& eius tinctura.s.naturalis mi
noratur.& quia colera non pōt seperari.nec mo
ratur in epate tpe quo seperet.iō tinctura urie
minuit.quia tota colera ad mēbra expellit.& iō
minuit tinctura egestionis.& necessitas surgēdi
ad sellā3.quia colera nō uadit ab epate ad inesti
na.& quia ppter hanc festinā impulsionē nō ua
dit melancolia ad splenē.iō minoratur appetitus
cū nō possit ire ex splene ad stomachum.& quia
omnes hūores isti expellunt ad mēbra auget in
colore quedā mollicies.s.ex aq̄sitate cū citrinitate
.s.ex colera.et nigredie.s.ex melācolia.pmistis ex
albedine qui est color flegmatis.que est cū illis
simul.uel q ē color naturalis cutis. ¶ Et pducit
ad ydropisim.s.carnosam.ppter retentionē san
guinis inconuenietis i mēbris.uel ydropisim.s.
asclytē3.uel aliā pp debilitatē que finaliter con
firmat i epate. ¶ Et qnq pducit ad colicā fleg
maticā.qa colera ñ uadit ad mūdādū intestina.
¶ Circa hoc uero dubitare cōtingit. ¶ Diceret
aliqs.si existēte debili cōtentiua epatis.uirtutis
epatis expulsiua festinat i expulsione humorū.
quare ergo hos humores expellit magis.ad mē
bra q̄ ad propria receptacula.Facilius enim ad
receptacula propria expellitur q̄ ad mēbra alia.
nam adiuuabitur ab attractiua illorum. ¶ Cō
syderandum qd̄ i epate debemus imaginari du
plex tempus retentionis.unum quod est toto tē
pore quo humores formant & fiūt.Aliud
qd̄ ē post factā humorū generatiōe3 usq ad p
fectā sepatione3.Hoc aūt rationabile ē.na3 sup

fluitatū sepatio a sanguine ñ fit nisi cū iā hūores formā hñt.& postq̄ʒ formati sunt icipiunt separi & distigui. Absurdū.n.eēt dicere q̄ p⁹q̄ formarēt̄.sepent̄ g° & diuidunt̄. Post hec aūt fit i tp̄e aliquo in quo oēs humores ilPoꝝ esse i epate.& hūc hūorē trāsmitti & trahi ad splenē hūc uero ad chistifellis.Erit g° aliq̄d tēpus q̄ retētiua retinet i epate hūores oēs formatos q̄usq̄ pfecte separi & diuisi sint. Dico g° q̄.A. uult apropat̄ unū signū debili retētie.& ñ cuicūq̄ debili retētiue.sʒ illi q̄ dʒ retinere tp̄e sepatiōis humorū .nō illi q̄ debet retinere tp̄e generatōnis hūoꝝ.q̄daʒ p duo dicta Auic.p° p hoc q̄d dixit ita ut mioret̄ sepatio supfluitatū.Aut eni p hoc intelligit sepationē zᵐ formā.i.zᵐ distinctā generationē.aut itelligit sepationē zᵐ locū.i.sequestrationē & trāsmissionē ad ppria loca p⁹ generationem dictoꝝ humoꝝ.Non pōt aūt Auic.intelligere distinctā sepationem secundū fomā q̄a expulsiua expellit.uñ hūores ñ pñt generari distincti.q̄a hoc esset petitio quedā ei⁹ q̄d dʒ declarare.Intelligit g° Auic.z° mō.s.q̄ signū debilitatis retētiue est q̄a factis hūorib⁹ retētiua non potuit tm̄ retinere q̄ fieret sequestratio & sepatio.sʒ illi hūores pp̄ter retētie defectū facti sūt epati onerosi. Vñ expulsiua eos expellit ad mēbra. ¶ Secūdo dico q̄ hoc est ad mētē Auic.per id q̄d subdit.aggregat̄ i colore mollicies cū citrinitate &c̄. ¶ Ex hoc.n.appet q̄ retētia q̄ debuit retinere usq̄ ad perfectā generationē humoꝝ. aut quasi perfectā ñ peccauit.q̄a distīcti hūores zᵐ formas sunt generati.q̄d apparet.q̄a in mēbris apparēt eoꝝ īpressiones.Peccauit g° retētiua q̄ debuit retinere usq̄ ad perfectā seq̄strationē. ¶ Sʒ.r.d. Si g° retentiua retinuit usq̄ ad perfectā digestionē.g° i corpore deberet apparere ēt sanguis color.q̄a simul cū illis ē fact⁹. ¶ Dicēdū q̄d lʒ sanguis cū illis sit generatus.tamē q̄a medius ē.iō a superfluitatib⁹ sibi mistis corrūpit̄.Et magis zᵐ illarum supfluitatum colorem inficit̄. ¶ Apparʒ g° quid ad rōnem dicēdū nā ad hoc q̄ splen.renes & uesica suscipiāt suas superfluitates ab epate exquirit̄ tēpus q̄ hūores i epate contineantur.Si g° factis humoribus epatis cōtentiua deficit.omnes humores simP fiunt statiʒ onerosi epati.cōsurgit g° festine epatis expulsiua.& sicut cōiter sunt onerosi sic cōiter eos ad cōcauā uenā & ad mēbra ipellit.nec pōt eorū supfluitates expellere ad renes.fel. & splenē.q̄a hoc eget ampliori tp̄e & quadā discussione ut ita rendat colera ad chisti q̄ nō ad splenē.Et ita melancolia ad splenē q̄d nō ad fel.Ista autē maiori egent tp̄e & discussiōe maiori q̄ ē graui⁹ expulsiue.epatis q̄ʒ totū simP i cocauā uenā & ad mēbra expellere. ¶ Instare uero ad p̄dicta cōtingit ¶ Diceret q̄s ubi.A.ponit signa retentiue debilis que deseruit digestie. ¶ Dicendū q̄ i p̄cedenti posuit illa signa eo mō quo p̄prie fiunt.Forsan eni hoc dixit i genere ualde difficile ē. ¶ Secundo diceret q̄s non uidet̄ q̄d urina debeat esse pauce tincture.q̄a aquositas sicut accipit suā substantiā cū fiunt hūores.sic & suū colorē.Si g° in illo tp̄e hūores generati sunt g° aquositas simP cuʒ illis generata suū habebit colorē. ¶ Dicendū q̄d rō p̄cedit ex insufficienti imaginatione.Imaginatur eniʒ q̄d soluʒ.in generatione aquositas i epate summat colorē.nō aūt summat aliquē colorē in mora p⁹ granationē.q̄d ē falsuʒ Sit g° huius passus hec expositio.q̄uis.ad primam retentiuā reuerti posset fortiter.speculans & cetera.

Si cognoueris.A.ponit curā debilitatis epatis.p° i cōi magis.z°.in speciali.ibi.zª.& q̄nq̄ est debilitas.Prima i duas.primo ponit intentiones curatiōis.z°.medicinas que ad hoc p̄ducūt.ibi.zª & ex medicinis.Prima in duas.p° facit q̄ dictū est.z°.errorem remouet.ibi.zª.& quādoq̄ nō retinetur. ¶ Ad primi euidentiaʒ consyderanduʒ q̄ curatio debilitatis epatis fit.aut p medicinas alteratiuas & cōfortatiuas magis aut per medicinas euacuatiuas materie q̄doq̄.Primo ergo ponit canōes in primis medicis que & q̄les debēt esse.z° in secūdis.ibi zª & cū aliquid. ¶ Consyderandū p° q̄d Aui.notanter dixit aliquid.naʒ frigus q̄d facit debilitatē epatis nō solū pōt ēe frigiditas uera positiua.sʒ ēt frigiditas facta p calidi innati resolutiōeʒ.q̄d frigus ipōt induci a mala cōplexiōe calida.Dixit ergo aliq̄d.q̄si dicat quodcūq̄ sit illud.Cū ergo digestiua epatis operet̄ calido ergo zᵐ plurimū ipsa frigiditate deficiet.aut sicco.aut hūido.& h° ē rari⁹. Subtili.i.leui. ¶ Cōsyderandū q̄d nō ē intelligēdū q̄d hec cura fiat cū maturatiōe.s.q̄a fiat saniatio sʒ fit cū calefactiōe & maturatiōe.i. medicamib⁹ leuibus calefactiuis iuuantibus ad ciboꝝ maturatiōeʒ.Dixit aūt Aui.& maturatiōe.aut q̄a utraq̄ maturatio dicit̄.aut q̄a medicine maturatiue cū sint cōuenientis caliditatis ut z° can.& 5° de simplici medicia.ēt ad digestiōeʒ iuuāt. ¶ Et de hoc genere.s.medicinaꝝ cōferētiū debilitati epatis q̄tū ad intētiōes p̄dictas.sunt passe. Vnde in fine ponit q̄d p̄hibet solutiōeʒ similē aque carnis.Relq̄ patent. ¶ Et quādoq̄.ea.que adiuuant.s.ad soluēdū.uel cōsolādo illas medicinas ¶ Et quādoq̄ nō. ¶ Hic remouet errorē q̄ aliam difficultatē hʒ discutiēdā posterius fen.16ª tractatu p°.p° ca°. ¶ Et ex medicis. ¶ Hic.A. enumerat medicinas.& p° eas que per se summūt.z° eas q̄ exteri⁹ ēplastrāt̄.ibi zª.et ex uaporōnib⁹. Pria i.d.p° enumerat medicinas simplices magis.z° cōpositas.ibi zª.& d medicinis bonis. ¶ Epar lupi si iuuamentū facit est a p̄pe

tate.q̃zuis.Auic.ponat.z° can.c° đ epate auctori
tate Gal.qđ ñ pl⁹ cõtulit medicia euaporatoria
epati qñ ipositũ fuit epar adip q̃ ante.¶Cõsy
derandũ qđ tunc epar cur atũ ē curis necessarijs
qñ precesserũt cõfortantia & euacuantia apiẽtia
& resoluentia.ubi opz.Post istas aũt curas cõue
nienter deuenitur ad lac camelarũ.qa in eo ē con
fortatio & restauratio que maxime p⁹ p̃dictas
curas querunt̃.tamẽ qa illđ apud nos nõ adest
cõueniens ē ire.ad alia restaurativa & cõfortati
ua cõuenientia.¶Et đ medicinis. P° ponit tres
cõpositas medicinas.ibi.z^a.& ex medecinis. ibi.
3^a.& ex medicinis.¶Cõnsyderandũ qđ primũ
medicamẽ.cõfert cũ đbilitas epatis ē ex frigidita
te.si quis illud bene cõpenset dosis eius cõueniẽs
erit unus trociscus uni⁹ aurei.ul'.ʒ.ij.cũ uino.aut
cũ decoctõe aliqua cõueniẽti.¶Et ex medicinis
laudabilib⁹ p̃latis.¶Prio ponit medicinas.z°.
uerificat.ibi.z^a.& estimat.Prelatis.i.ante latis
& exaltatis in iuuamento.¶Darsesahã.arbor
ē quã diascorides aspaliũ uocat.q̃z ignoro.Sera
pio in c° đ trifera medicamẽ dicit ꝙ ē bẽdictũ.
¶Amplius.Serapio auctoritate cuiusdaz uocat
artach.& ē arbor grãti silvestris.& fruct⁹ ei⁹
uocat̃ bel.Et ē arbor spinosa cui⁹ lignũ ē rubeũ
ul' citrinũ.z^m.aliuz hz florẽ citrinũ.In barbaria
uocat̃ alday.Ingreditur i trocis.andromaci tyri
ace maioris.Cuius loco põit.A.fructũ aliẽbut.i.
xilocaracta.Est g° cõtentus Ianuensis Symõ ad
hoc ꝙ pro eo possum⁹ uti xilocaracta.ut Aui.z°
can.ca°.đ.darsesahan.¶Et estimat.G.&c̃.In li
bro exptorũ iuuamentoꝝ ul' secretorũ.forsan in
libro de particularib⁹ egritudibus q̃ nõ ē apud
nos.¶Prio g°.A.uerificat istã receptã z° ueri
ficat additiõez quã quãdoq͵ facimus.ibi z^a.&
illud in quo ponũt̃ opiũ.Q đ p° dicit.pz.¶Cõ
syderãdũ tamẽ qđ amicitia ē pprietas & cõue
niẽtia.& hoc ē.melius i medicina iuuatiua.quia
quãdoq͵ plus facit per pprietatẽ quã per quali
tatẽ.Et licet sit cõtraria.sicut est endiuia epati
amica.Confert eni frigido epati lz sit frigida.
¶In melle ē qđ scis.s.ex z° can c° đ melle quia
abstergit¶Et illud.¶Cõiter.non intelligat̃
cõiter qa omni debilitati.sz cõiter.qa fere apđ
oẽs habẽtes epatis debilitatẽ.s.cõiunctã calidi
tati.¶Scđm despriptiõez suã.s.cõem.qa eius
sunt multe alie descriptiões¶Et ex medicinis.
¶Hec ē 3^a medicia.ubi duplex repit̃ lr̃a.Una
que dicit ãiuden.Et tũc dosis huius decoctiõis
dz eẽ pua qa forsan.ʒ.ij.Alia lr̃a hẽt neridẽ.&
tũc dosis põt eẽ.ʒ.i.et hãc scđã lr̃az credo eẽ me
liorẽ.s.q̃ dic̃ neridẽ¶Et ex uaporatiõib⁹. Hic
ponit medicinas que exterius applicãt̃. & põit
multas de quibusdaz quaꝝ dic̃e dixisse in anti
dotario.sz in eo fere repiũt̃ hec ẽplastra.ppu
tia.i.extr emittates sic̃ palmites recẽtes.Meisus
idest.liquore acetoso.qa iuuat.ad penetrandũ.
¶Et qñq͵ ē.¶Hic i spãli ponit curã debilita
tis epatis.Et p° q̃tuz ad cãs quasdã spãles eius
z°.q̃tum ad diuersos modos.ibi.z^a.& cũ uides.
Ul' põssz dici qđ iã posuit curaz que fit a frigidi
tate. ¶Hic ponit curaz que fit a calore spãliter.
debilitas epatis.fit a cã calida.ut a mala cõpl'o
ne ubi ñ est manifesta caliditas.Horũ g° duoꝝ
modorũ ponit curã. ¶Ad intellectũ g° ei⁹ qđ
dicit consyderandũ qđ caliditas ñ facit debilita
tẽ epatis nisi cũ pduxerit ad resolutionẽ innati
caloris.& ante hoc paꝝ facit debilitatẽ.g° debi
litas epatis paꝝ accidit a caliditate ifra illud qđ
ipsa caliditas dominet̃.qa ñ accidit nisi cũ iã suũ
dominiũ ē ultimatũ.De frigiditate uero ñ ē sic
qa ipsa ẽt si paꝝ dominet̃ qđ ē infra sui dñiuz
facit epatis debilitatẽ.¶Assemi.ē nomẽ cõtra
te.¶Alsfidabegi.i.taffea alba.Colatũ a pingue
dine ne iflãmetur.¶Almeisus.cibaria acetosa.
Et maxime intelligũt p hanc colũbã cũ aceto.in
cuius uẽtre ponitur mẽta.semina p̃dicta.s.sepe
i hoc 3°.ut semen anisi feniculi & similia.¶Et
cũ debilitas epatis quedã erit ul'is.quedã parti
cularis ut supra.A.Ponẽs g° mõs curatiõis pti
culariũ debilitatũ de ul'i dat intelligi.ut sup̃ fec̃
in signis.¶Primo ergo ponit.curã debilitatis
digestiue.z° retẽtiue .3° attractiue.4° expulsiue
& 5° addit quoddã.ibi z^a.& si fuerit.ibi 3^a.&
si fuerit.ibi 4^a.& si fuerit.ibi 5^a .& scias.
¶Ad intellectũ tercie partis consyderandũ qđ
i cura debilitatis attractiue ñ debem⁹ exhibere
stiptica.nisi solũ propter itentionẽ cõez que p̃ci
pit qđ medicine epatis ñ debẽt esse uacue a stip
ticitate. Debes ergo de alijs stipticis minuere.
qa ip̃e exp̃mẽdo poti⁹ cõtrariarẽt̃ sibi.Dicit g°
& si fuerit debilitas in attractia.conforta.s.p̃di
ctas medicinas aromaticas. uel conforta.s.epar
cũ eis i quib⁹ est stipticitas mãsura qua confer
uet uirtutẽ epatis.¶Et minora ualde.supl' me
dicias i qb⁹ ē đ stipticitate.s.ml'cũ sic̃ balaustia
ypoqstidos p̃dicte.¶Et stude ẽt &c̃¶Causa
ē.qa occurrũt parti toti epatis gibbose.uñ illaz
confortantes & cõueniẽter calefaciẽtes excitant
ip̃m ut a cõcauo trahat.¶Et scias.¶Prio fac̃
hoc.z° ponit cibaria cõueniẽtia epaticis.ibi z^a.et
cõueniẽtiores.frumentũ ñ glutinosum ē canda
rusiũ siue far.¶Alberet.cibaria penetratia cito
¶Romaniati.& est maneries alberet.&c̃.

Opilationes. Postq̃ Aui.determina
uit đ debilitate epatis.Determinat
hic đ eius opilatiõe.Et p° đtermiat
đ causis et modis opilatiõuz epatis
z°.determiat đ signis.3^a.đ cura.ibi.z^a.signa.ibi
3^a.medicine.Pria in tres.p° in cõi causas.& loca
euent⁹ opilationũ epatis.z° ostẽdit ad qđ epatis
opilatiões pducũt 3° spãliter exequitur đ causis

opilatiõuȝ.ibi.2ª & qñ.ibi.3ª.& materia. ¶ Circa secundã partẽ consyderandũ ꝙ opilationes dicunt matres egritudinũ epatis.qa matris ẽ exhibere materiã.& sic opilatiões epatis materiã ꝑbent in egritudinib⁹ epatis. ¶ Et materia. ¶ P° spãliter.narrat quasdã cãs opilationũ epatis.2° reprehendit quosdaȝ de quadã cã quã ponebãt 3° resummit narratiõem predictaꝝ causaꝝ.ibi 2ª.qđ aũt.ibi 3ª.3 efficiens. ¶ Consyderãdũ ꝙ dixit aut repletiõem.nã humor põt eẽ absolute & simpliiiter mult⁹.sicut ẽ implectoria.& quãtũ ad hoc dixit.aut ꝓpter multitudinẽ suã.põt ẽt humor esse multus solũ huic mẽbro.& non absolute.& quantũ ad hoc dixit.aut repletiõeȝ ¶ Qđ aũt. ¶ Consyderandũ qđ Auic.dupliciter ipugnat illos qui dicebãt opilationis cãm fore ortũ carnis poroꝝ.aut alicuius rei alterius.s.carnee uł uerucalis.primo quia ille oriunť maxime sup locũ carnosuȝ orificia aũt uenarũ sunt neruosa.2°.qa opilatio epatis itelligiť qñ pluribus cõicat.ȝ illud nõ cõicat plurib⁹ uenis epatis.ȝ uniut in qua fit ortus illius carnis. ¶ Cõsiderandũ qđ ꝑ orificia possum⁹ itelligere.aut orificia que sũt i extremo.aut orificia uenaꝝ q̃ terminanť ad itestina.& hec sunt neruosa saltẽ ex ꝑte substãtie itestinoꝝ.Aut possum⁹ itelligere ꝑ hec extrema orificia addit⁹.uł meatus uel uene cõcauitates.& h° mõ sunt neruosa.nõ ꝓprie ȝ similtudinarie i cõpatione ad alios meat⁹ q nõ sunt neruosi.sicut meatus meri aut nariũ. ¶ Sȝ efficiens. P° cõplet narratiõeȝ cãꝝ fatientiuȝ opilationẽ.2°.remouet dubiũ.ibi.2ª.& iaȝ dixim⁹. ¶ Alusneti scientie ẽ spẽs luti uł cineris.ut sup̃ fen.13ª.expositũ fuit. ¶ Et iaȝ dixim⁹. ¶ Remouȝ duo dubia.prio unũ 2°.aliud.ibi 2ª.& multotiẽs.cõfortat. Queret aliqs.Vtrũ oẽ ꝙ epat opilat ẽt opilȝ mẽbra q̃ sũt p⁹.Respõdent qđ h° nõ ẽ necessariũ qa aliq̃ res ẽ q̃ i epate digeriť.& respectu eius hȝ grossiciẽ respectu tñ eoꝝ q̃ p⁹ sunt nõ hẽt grossiciẽ sic triticũ glutinosuȝ đ quo sup̃ dixim⁹ c° de rebus epati nociuis. ¶ Sȝ dubitatur qa Aui.hoc nõ dixit sup̃ imo dixit contrariũ.qa dixit ꝙ frumentũ si digeriť in epate.hẽt uiscositatẽ in compatione ad illud qđ ẽ post epar. ¶ Dicendũ qđ aliud ẽ rem habere uiscositatẽ.& aliud ẽ hẽre grossiciẽ qa res põt esse subtillis uiscosa.& grossa nõ uiscosa.Supra ergo dixit.Aui.qđ frumẽtũ & si i epate digerať habet uiscositatẽ in cõparatione ad ea que sunt post.ȝ hic dicit qđ nõ hȝ grossiciẽȝ qa grossicies feculẽta remanet.& per digestiõem subtiliať.Et per te alias rõnes cõsydera ¶ Vel sic.sicut triticũ supple ẽ grossuȝ ꝑ cõpatione & c̃. ¶ Et multotiẽs. ¶ Diceret quis.Res grossi nutrimẽti habent ne semper qđ opilent.

Respõdent qđ q̃doq̃ iuuant ꝑ accidẽs i aptione opilationũ cõfortando naturã.& ipsa confortata expellit materiã.sicut quãdoq̃ adiuuat naturã curatio cũ medicis.& expellũť materie iste.aut per urinaȝ & c̃.Possȝ aliter expõi.ut totũ.referať ad illud qđ dicit curatio. ¶ Cõsyderandũ qđ hec est differentia inter nutrientia subtilia & grossa.qa subtilia cõseruant magis sanitatẽ grossa uero cõfortat magis uirtutẽ.Si eniȝ cõfortatiõe indiget.nutrientia fortis chimi sunt necessaria.ut Aui.p° can.fen 3ª.de regimine cibi & potus.Merito g° q̃doq̃ uirtus ex grosso cõfortať nutrimẽto ut materias opilationũ expellat.Quo uero illud dictũ Aui.intelligať.idẽ expositũ fuit.

Signa. ¶ Prio ponit signa cõia opilationis epatis.2° spãliter ponit signa cuiusdã opilationis ibi 2ª.illaȝ aũt.que ẽ. Prima in tres. p° ponit unũ signũ.2° aliud.3° aliud.ibi 2ª.comitanť.ibi 3ª.& opilationẽ quidẽ hñs. ¶ Et comitantur. ¶ Hec pars hẽt duas.prio ponit diuisionẽ.2° declarat.ibi 2ª.& illa que ẽ ex eo. ¶ Et cõitanť illud.i.epatis opilationẽ uł illud.i.ñ trahi chilũ ad epar. ¶ Et illa. ¶ Prio oñdit qd comitatur opilationẽ epatis ex eo qđ expelliť.secũdo qd comitať ex eo qđ retineť.ibi secũda.illud autem. Quod p° dicit pȝ. ¶ De 2ª ꝑte dicit ꝙ accidens qđ seq̃ť illud qđ retinetur de chilo attracto ad epar ẽ grauitas i epate.& cã ẽ.qa illud qđ ad epar attrahiť.cũ cõphẽsuȝ ẽ ab epate.ñ expelliť ad egestionẽ.nisi forsan raro.nec expelliť ab ip̃o epate ad illud mẽbrũ p⁹.& tũc illud retẽtũ multiplicať ibi ex retẽtione & repleť epar a penetratione. ¶ Ex eo.i.ꝓp illud uel ei⁹ qđ penetrat in ipso.& grauať epar.& q̃to magis grauať cũ ẽ illic apostema. ¶ Et ẽ grauitas tm̃.i.solũ i ꝑte ubi ẽ apostema. ¶ Et ñ est i epate opilatio plurima ualde.cũ solũ est i ꝑte apostematis. Vel ñ ẽ opilatio pluria.s.cũ ñ ẽ apostema.& hoc ẽ intensiue. ¶ Verũ dolor & c̃.s.cũ est apostema. ¶ Quod si ẽ.s.dolor i opilatõe ẽ res parua.s.i compatione ad eum qui ẽ in apostemate.& pȝ. ¶ Et qñq̃.s.opilatio multa ẽ & fortis. & circa gibbum sequitur opilationem.

Medicine. ¶ Primo ponit curã opilationũ epatis ꝑ medicias.2° ꝑ cibos & dietã.ibi 2ª eius autem regimẽ. Prima in duas.p° ponit curã opilationum in cõmuni. secundum diuersos modos cãꝝ.2° spãliter põit medicinas que in cura opilationis cõueniunt.ibi.2ª.& medicinaruȝ.Prima in tres.p° ponit curã opilationis facte a causa hũorali uł materiali.2°.facte ex creatiõe.3°.facte a cã primitiua intrinseca uel extrinseca imateriali ibi 2ª.& cũ causa ibi 3ª & si ẽ. ¶ Consyderãdum qđ opilatio antiqua.aut ẽ ex materia sanguinea aut alia aut mista.Si primũ.fiat flebothõia.Si

secundū daṫ farmatia. Si simꝉ. fit utraq̧. & ma
xime flebothomiā facimus ex saluatella manus
&ē exptorū iuuamentoꝝ. ¶ Sceha. ē spēs absin
thij dicta sandonicū ut summiṫ a Serapione c°
đ absinthio. & a Symone. Alij dicunt ꝙ ē stica
dos arabicū. ¶ Alhachohen. ē pes corui. ꝉ ꝙ cō
ferat qa ēt soluit. ¶ Et si ñ uideṫ &c̄. ¶ Con
syderandū qđ fortia possum⁹ itelligere fortia
apitiua. & illa ꝑhibētur multa & cruda existē
te materia. qa illā cōmouent & agitāt. & dige
stionē ꝑhibēt. qđ uero digerēdū ē tāta turbati
one nequaq̄ ē op⁹. ut 4° đ re. sani. ¶ Possum⁹
ēt itelligere fortia. s. solutia. & hec ēt ñ concedū
tur ante digestionē ut notū ē. ¶ Et cū cā &c̄.
qñ corp⁹. s. in situatione uel strictura uenarū ex
creatione adhibe regimē &c̄. qa ꝑpe ñ curaṫ.
s3 regiṫ. ¶ Et si ē i suo c°. s. āt. i c° đ duricie epa
tis. aut đ epatico. Aut dicaṫ ꝙ uult dicere dicta
sunt. s. sup̄ i cura discrasie sicce epatis. ¶ Et me
dicinaꝝ. ¶ Hic enumerat medicinas q̄ coueniūt
i aptione opilationū epatis. et p° pōit eas q̄ sum
mūṫ. z° eas q̄ exteri⁹ apponūṫ. ibi z^a. ē plastra.
Pria i. d. p° pōit diuersas medicias alteratiuas
magis uel apitiuas. & ēt quasdā3 euacuatiuas.
enumerat. z° spālē ponit regulā de euacuatiuis
ibi z^a. solutiua aūt. Prima in. d. p° enumerat di
uersas medicinas simplices. z° cōpositas magis
ibi z^a. & ex medicinis cōpositis. Pria in. d. p° po
nit quādā diuisionē3. z° exequiṫ. ibi z^a. frigide
uero. Hec hēt tres. p° enumerat medicinas frigi
das. simul ēt icidēter narrans de calidis. z° pōit
medicinas equales. 3° calidas. ibi z^a. eq̄litati. ibi
3^a. ille aūt. ¶ Et reubarbarū. & similiter absin
thiū sunt medicie calide apitiue. s3 possunt po
tari in calida dispōne. Nā l3 in eo. i. absinthio uꝉ
reubarbaro sit caliditas quedā. i. nō excedēs. nō
est tamē malū uti ipso simul in opilatiōe asso
ciata caliditati & frigiditati. calꝉ. tati ex pte eius
qđ ad opilationē3 sequiṫ frigiditati ex parte cāe
que faċ opilationē uti dico ipso sic op3 suppꝉ.
& hoc ē ut ipsū3 administreṫ. s. cū sui corpulē
tia. aut decoctio ei⁹. & prope &c̄. ipsa eni omia
ꝑxia sunt. s. sibi ipsis in uirtute aptiōis. ¶ Eq̄
litati. Camepitheos. i. quercula maior z^m cōe3
expōne3. Symoni uero nō plac3. Bene eni3 came
dreos nomē quercule ē Drios eni. i. quercus. ca
me. i. infirma uel humilis. uꝉ terrena. S3 camepi
theos. i. infima pinus. Piteus. eni. i. pinus. & sibi
tres assignat spēs Dyas. & ꝑꝉimū auctoritate.
đ una diċ qđ credit eā eē herbā q̄ moderni ydeā
uocant. uel yuam. nō tamē suadet credere uel nō
credere. ¶ Et iste quidē. s. medicine potanṫ z^m
necessitatē. i. z^m qđ ē necessariū. Potanṫ dico aut
cū aqua endiuie & cuscute. s. simul si fuerit &c̄
maxime si cū hoc ē. materia grossa aut cū uino
&c̄. suppꝉ si opilatio fuerit hēns frigiditatem.

¶ Ille aūt p3. ¶ Et ex medicis. Primo enumerat
diuersas medicias cōpositas. z° pōit q̄sdā đscrip
tiōes. ibi z^a cōfectio. ¶ Predicte cōfectiōes q̄ran
tur i 5°. l3 q̄dā ex eis sub ꝑprio titulo nō iueni
anṫ. Confectiōes quas ponit patēt. ¶ Carmet.
ē sex kirat. Kairat ē. iiij. granoꝝ ordei. g° sex ca
irat sunt. 24. g̃. ordei. Vꝉ carmet ē aurꝉ. i. & gra
na. iiij. ¶ Solutiua. ¶ Cōsiderandū qđ. A. duas
cās assignat. quare iste medicie debēt esse leues
p° qa materia ē in mēbro qđ ꝑximu3 ē. s. locus
euacuatiōi. Vñ construaṫ. quoniā materia ē in eo
. s. mēbro ꝙ proximu3 ē medicine. i. loco unde me
dicus euacuat Vꝉ qm̄ o3 suple sic esse. nā materia
&c̄. Et quoniā mēbro si uertuosū ē &c̄. Presup
poniṫ aūt uirtuosu3 cū non sit magna necessitas.
¶ Eius. ¶ Hic ponit curā p dietā ¶ Alanasati
fit. cū furmentū depilatū coqṫ i multa aq̄. Al
habitati. genus ē cibarij ¶ Alfelūdes fit cū mele
coqṫ. & sup marmorē proijciṫ. & iduraṫ. sup̄ đ
cura sode sicce. ¶ Alcaif. accipiunṫ placētule fri
xe i oleo. & ponunṫ i patella una sup̄ aliā. & iter
eas poniṫ mel & decoqṫ. oīa illa cibaria opilatiua
sūt. ¶ Et o3 ut succedat balneū c bo eius. s. stati3
sūpto. & resoluat ipsu3. s. cibū natura supple. &
resoluendo trahat loco eius qđ ab ipsa. s. natura
resoluiṫ. s. a balneo. & ipē. s. cibus quē natura re
soluit. & mouet ut stet loco eius quē balneū ab
ipa resoluit nō ē digest⁹. Et iō nō digestus ad e
par uadit. ¶ Alcandros. i. sandarusiū ē triticū ro
manū ut Auic. z°. can. uel ordeū depilatū uꝉ far.
¶ Triticū leuis pōderis h° ꝑprie ē far. ¶ Cōsyđ
randū ꝙ illa debent dari quando uirtus esset for
tis & ñ multa opilatio quia etiam candarusium
grossi nuttimenti est. Et ideo Galienus in cōmē
to primi regimīs acutorū prohibet cādarusium
Vel dic ꝙ nocet ei i cui⁹ epate est opilatio & stri
ctura uiarū. i 9° cōmēto. hoc ergo mō soluaṫ cō
tradictio inter Auic. hic. & Galꝉ. ibidem.

Quandoq̧ aggregaṫ. ¶ In precedēti
Auic. determinauit đ opilationib⁹
epatis. ¶ Hic determinat đ iflatōe
& uētositate in eo & p° notificādo
nobis iflatōe3 & uētositatē. in epate. inuestigat
cās huius dispōnis derelinquens ex dictis tūc no
ta esse signa z° ponit curā. ibi z^a approximant
Prima in tres p° inuestigat cās inflatiōis & uē
tositatis illius. addens alia ibi z^a & quādoq̧ ē
ibi 3^a & accidit Et hec habet tres. p° facit hoc
z° ponit quendā determinatū modū inflationis.
3° spāliter ponit signa inflationis in epate ibi z^a
& qñq̧ ibi 3^a & illud & patet.

Approximat. ¶ Primo ponit diuersa
remedia sēcūdo ponit spāliter quē
dā3 can ibi z^a & si uaporatio ¶ Cō
syderandū qđ aliqñ uaporatio mo

uet īflatiōnē quia inuenit materiaȝ que illaȝ uentositatē facit. & iō eaȝ dissoluendo in fumuȝ mouetur inflatio ad inferiora. & ē signum ꝙ inferius est materia apta resolutiōi uentris & econtra

EPati. ¶ Hic determinat de dolorib⁹ epatis. & pᵒ iuestigat cās. zᵒ. a narratiōe signoꝝ se excusat. 3ᵒ pōit curā. ibi. zª. iaȝ. ibi. 3ª. iaȝ etiā. Prima i. d. pᵒ iuestigat diuersas cās doloꝝ epatis. zᵒ docet in eis ꝓnosticari ex Hyppo. ibi zª. & Hypo. quidē. Prima in duas. nā primo ponit cās doloꝝ epatis. zᵒ cōparat inter ipsos dolores penes uehemētiā & puitatē ipsoꝝ. ibi zª. & dolor uehemēs Quēadmodū dixit Hyppo. 7ª ꝑticula afforis. Quicūq circa epar dolēt his febris supueniens soluit dolorē. ¶ Et Hyppo. ¶ Consyderāduȝ qđ Auic. uerificat cās illoꝝ accidētiū. derelinqns ex hoc notū esse đ morte. Causa eniȝ hoꝝ accidētiū est humiditas corrupta mala acuta. q̄ in epate facit dolorē. Vult ergo Auic. esse notū qđ qñ talis materia secūdū epar colligit̄ ꝙ seq̄t̄ mors cū sit oio preter naturā. Sequit̄ aūt mors igntō. quia morb⁹. est acutus ualde. & đ uenenosa materia. Causa uero particularis illorū accidentiū est. nā humiditas illa nitrosa corrupta exuberās ipellit̄ ꝑ corpus. & ad extrema. Illa uero que uadit supius facit pruritū i camaduati. i. capite & parte posteriori eius. & facit ēt in collo bothor. Illa aūt que uadit ad inferiora ut ad pedes. fac in police pruritū. Illa uero q̄ ꝓpe mortē magis uel in principio. expellit̄ ad loca media. cū nō possit longi⁹ expelli. tendens ad uesicā. apostemans collū eius ꝓp dolorē & puctionē. Vnde qa materia trahat̄ facit urine difficultatē. qa fit opilatio sed quia illa materia nitrosa mordicat lacertū. facit eū laxare. & ideo fit aliqua distillatio.

IAm. ¶ Prio excusat se a narratione cure. zᵒ pōit q̄sdā medicinas dicēs alioꝝ auctoritate ꝯferre. ibi zª. dixerūt. Et ꝓpe deuitēt carnes cū ē & c̄

APostematum. ¶ Intendit Auic. in hoc tractatu determinare de egritudinib⁹ epatis cōibus. ¶ Dicunt̄ aūt cōes egritudines. aut qa diuersa morboꝝ genera aggregāt ut sunt apostemata aut ex ꝑte nature in qua fiunt ut cōtinuitatis solutio. ¶ Prio ergo determinat đ apostematibus zᵒ de cōtinuitatis solutiōe. ibi zª. quoniā quādo q. Pria i duas. pᵒ determiat de signis & cāis & diuersitatib⁹ apostematū epatis. zᵒ de curatiōe ibi zª. primū qđ tibi. Pria in duas. pᵒ in generali magis determinat de apostematib⁹ epatis. zᵒ i spāli. ibi zª cāe eius. Pª in. d. pᵒ determinat de diuersitate que accidit in apostēatib⁹ epatis. & causis zᵒ de signis ibi zª. signa qdē. Pria in tres pᵒ ponit diuersitatē que accidit i apostematib⁹ epatis. zᵒ ponit istoꝝ apostēatū causas. 3ᵒ cōpat adinuicē quosdā modos apostematū epatis. addēs alia. ibi zª. & cause illi⁹ ibi 3ª. & omne apostema in epate. Adhuc pª in duas. nā pᵒ ponit distinctionē apostematū que fiunt in ꝑtibus epatis. zᵒ declarat primū mēbrū distinctiōis. ipsuȝ subdiuidēdo. ibi zª. & eoꝝ. ¶ Circa primā partē cōsyderādū qđ apostemata epatis recipiunt diuersitatē aut ex parte loci aut spēi. prio pōit primā diuersitatē. zᵒ secūdā. ibi. zª. ampli⁹ apostema. ¶ Cōsyderādū pᵒ qđ pāniculi & uene epatis cū sint mēbra neruosa sunt apta recipere materiā. Et iō illa diuisio dic̄ qđ apostēatū epatis. Alia snut que accidūt in uelaminibus ei⁹ & uenis ei⁹ ē diuisio que zᵐ minus accidit. ¶ Cōsyderādū post. qđ existēte apostemate in carne epatis. aliqñ cōicat pāniculis. & existēte apostemate i uenis. cōicat carni. & existēte apostēate i concauo cōicat gibo. Bñ gᵒ dixit. A. ꝙ aliqñ. cōicat spēbus ꝑtiū eius. s. epatis. ¶ Ampli⁹ hic cōsiderandū ꝙ apostemata epatis oia sunt sanguiea colerica flegmatica uel melancolia. Et. zᵐ. aliā diuisionē sūt saniosa collectionē fatientia ꝟnō Apostemata gᵒ sanguiea tetigit ꝑ hᵒ ꝙ dixit flegmonides. qa flegmon ex sanguie maxime fit. Tetigit colerica praua ꝑ hᵒ ꝙ dixit colericuȝ. Melancolicū tetigit per hᵒ quod dixit cācerosuȝ. & & c̄. Flegmatica tetigit ꝑ hᵒ. qđ dixit aut iflatiuū & c̄. Et qa apostemata q̄ maxie ad exiturā ꝑueniūt. sunt calida sanguinea. iō dixit flegmonides dubellati. Et qa cancerositas. i. cū corrosione. & hoc magis iest colore. iō dixit colericū cancerosuȝ. Et qa materia flegmatica ē apta in fumū & i uentū cōuerti. iō dixit inflatiuū uentosuȝ ¶ Et oē. ¶ Hic narrat mltiplices cās apostematū epatis & p3. ¶ Et cōsidera ꝙ. A. dixit colerā esse cāȝ hui⁹ opilat ōis ad ostendēdū ꝙ l3 sit calida subtilis pōt tñ opilare sua mltitudine. Videt̄ eniȝ qñq ꝙ mltū ē fluens repente simlr nō min⁹ obstrui. & ieiuniari uiscosis & grossis. ut. ᵒ8. terap. 4ᵒ. cᵒ. ¶ Et oē apostema. Hic cōpat. et pᵒ cōpat apēa cōcaui et gibbi. penes terminationem. zᵒ. penas malitiā. 3ᵒ. ostendit qđdā cōe cibus apēatib⁹ epatis addens đ ꝑmutatiōe. ibi. zª. et apostema. ibi 3ª. et oē apostema. ¶ Cōsiderandū circa priaȝ ꝑtē. ꝙ. A. dixit creticū. Vocatur aūt illud apostema epatis uere creticū qđ cū euacuatione manifesta crisim facit. ¶ Ad differentiam ergo dicit. eoruȝ apostematū que cū saniatione uel sclirosi terminātur. Alia uero declarata sunt sup. ¶ Et apostema. Circa hāc ꝑtē dubitatur qđ apostema sit deterius. an factū in cōcauo. an factū in gibbositate. Et uidet̄ qđ apostēa factū in cōcauo. qa illđ apostēa deteri⁹ ē qđ deteriora accidētia cōseqt̄. s3 tale. ē apostema factuȝ in cōcauo ut summit̄ ex Gal. 5ᵒ. đ interiorib⁹. 7ᵒ. cᵒ. ubi porro flegmōes in cōcauo

epatis existẽtes deteriores sunt q̃ si essent in gibbo.in generãda desiderij ablatioe uõitu colerico & sitis. ¶ In cõtrariũ ẽ hic Aui. ¶ Dicendũ ad presens qđ apostẽa pōt altero deteri⁹ dici.aut ex pte essentie.aut nobilitatis actiōis lese.Aut accidentiũ cõsequentiũ. Apostema igiť qđ ẽ in cõcauo nõ diciť deterius eo qđ est in gibbo ex parte essentie nec ecõtra. Vtriusq̧ enim una essẽtia ẽ.& equalis.nisi cũ unũ plus altero de materia aggregat. Aut ẽ in alio tpe. Sed si hec apostemata cõparent̃ ex parte dignitatis lese actionis.apostema gibbi deterius est apostemate concaui.qa gibbosa pars epatis nobilior ẽ.Si uero comparent̃ ex parte accidentiũ consequẽtiũ.tũc absolute apostema gibbi deterius ẽ.quia deteriora sequunt̃ accidentia. Accidentia enim̃ lei⁹ sunt ad spũalia mẽbra.sed accidẽtia apostematis facti in concauo sunt ex cõitate ad stomachũ. Pria uero accidẽtia deteriora sunt ut notũ est.Secundũ qđ g° apostema cõcaui pōt poni deterius apostemate gibbi.qa in cando accidẽtia facta per cõitatẽ ad stomachũ.& sic ibi dicebat.G. ¶ Et omne. ¶ Consyderãdũ ꝙ aquos⁹ sanguis trãsiens ad mẽbra ẽ cã ydropis carnose. sed ꝙ̃titas retẽta ẽ cã asclitis.simul g° hec fieri pñt. Quod dicit đ pmutatione p₃. Vniuersaliter.n. pmutatio đ mẽbro nobili ad ignobili⁹ laudabiľ ẽ.cõtrariã uero pmutatio illaudabilis.&c.

Signa. ¶ P° ponit signa apostematũ epatis.z°.põit signa distinctiua iter apostemata epatis.& lacertorũ.ibi z^a.cognosciť.P^a in duas.p° i cõi ponit signa apostematu₃ epatis.z°.signa apostematũ diuersificatorũ penes loca.ibi.z^a.& si apostema ẽ. ¶ Dicit p° ꝙ signa apostematũ epatis sũt grauedo & dolor uehemens quãdoq̧.dixit qñq̧.qa uehemens pprie fit dolor quãdo apostema ẽ i statu quo ad accidẽtia.uľ dixit quãdoq̧.ut cũ ẽ apostema calidũ.nõ sicut &c.i quib⁹ opilationib⁹ nõ ẽ proprie dolor fortis.ipsa eni.s.apostemata &c. Attractio furcule ad iferiora.& dixit i plurib⁹ horis.qa h° fit maxie qñ materia ia₃ ẽ adunata ľ m.s.a.uľ maxie fit cũ ẽ i gibbo ¶ Dicit p⁹.hec cõtractio nõ fit nisi qa tendit cõcauitas.s.uẽtr.s sub q̃ locat̃ epar.Fit ẽt pp suspẽsiõe₃ quã h₃ epar cũ dyatragmate.& cũ costis in qbusdã. ¶ Cõsiderandũ ꝙ ad dolorẽ pulsatiuũ tria requirunt̃.p° qđ mẽbꝝ sit sensitiuũ.& ideo in pulmone nõ fit talis dolor.z°.qđ sit arthariosu₃.& iõ i pãnicul' nõ fit taľ dolor pulsatiuus.3°.ꝙ currat materia & maxime calida q̃ põat i arthariis necessitatẽ maiorẽ i motu.unđ uehemẽter dilatãť s₃ qa cõpmit eas materia iõ cũ dolore pulsant.et sic pcipiť dolor pulsatiu⁹.hĩc summi pōt a Gal z° de interioribus.Vult g° Auic.pbare ꝙ i apostematib⁹ epatis licet sint calida.ñ fiat pľatiu⁹

emplastrū.Confortato.i.facto forti.¶ Et su
mant.ponit aliud.Sanat testiculos.i.habētes
aquā in oseo.¶ Regimen ponit curā ruptu
re uentose.p° ponit quib⁹ debet uti & a qb⁹
debet cauere.z° ponit medicinas.secunda ibi.
cōfectio prima pꝫ.¶ Confectio pōit medici
nas.partes patent.prima est clara. Ista sunt
emplastra cōferentia ad uentositatē qa sunt
carminatiua & resolutiua uentositatis.¶ Et
similiter ponit aliā medicinā.¶ Et fiat pōit
aliā.¶ Et qñ ponit aliā maxie quando dolor
magis augetur.¶ Curatio ē.ponit curā rup
ture carnose & uerucose.Et cura dicta fuit
heri.Duroꝝ su.et cura carnis supfl'e addite

Quandoq accidit.determinat de au
gumento umblici .primo pōit cās.
z° signa.3° curā.zª ibi in eo.3ª ibi
ad illud.¶ In prima parte ponit quatuor
cās ppter quas fit augumentū umblici et pꝫ
¶ Ruptura uero quia intestinalis uel girba
lis.¶ Nota ꝙ aliqñ frangit siphac uersus
umblicū & intestina gracilia intrāt illā carno
sitatē facta ruptura siphac & fit augumētū
umblici.¶ Signa ponit signa. prio qñ fit ex
ruptura.z° qñ ruptura ē ex humiditate &
uentositate.3° qñ ē a saniatione.4° qñ est pp
generationē carnis sub cuti.zª ibi & illud qđ
3ª ibi qđ ē ex sanguine.4ª ibi & qđ ē.prima
patet.Color corporis ipl i⁹.i.loci infirmi. Di
uersus.i.tumidus aliter diuersus.s.ad terciū
quia ibi ē molicies magis q̄ in aliis partibus
ubi non est fractū siphac.Occultet.i.ut igre
diat siphac.Et addit ei magnitudinē.i.augu
mentat umblic⁹.ei.s.umblico.¶ In eo qđ ē.
Ponit signa qñ augumentum umblici ē ab
humiditate resudante ad alias ptes.Ex hūidi
tate.s.resudante ut contingit in ydropisi Nō
alterat.i.nō pmutat.Cā occultationis.i.ut oc
cultet.¶ Quod est ex sanguine.Pōit aliud
signū qñ tumor ē ex sanguine & quando ē
ppter carnē ibi generatā uel ppter duriciē
Alioꝝ.s.augumentoꝝ umblici.¶ Et illud.
ponit curā.primo ostendit ꝙ alique spēs nō
curātur nisi p incissionē .z° pōit curā aliarū
specieꝝ que curāt zª ibi Reliquoꝝ prima pꝫ
ad illud.s.augumentū umblici aut uētosita
tem.s.que pōt resolui cū medicis nō oportet
te laborare.s.cū incissione quia cura ē possibi
lis cū medicinis.¶ Reliquoꝝ pōit curā aliaꝝ
spērū & ponit curā cū ferro & patet nō sup
circulū suple sed super dorsum Sub ipso.i.
siphac Lacertuꝫ.i.iuxta lacertū.Amezel .ē p
focatio &c.

Gibositas.In pcedētib⁹.A.determia
uit de ruptura hic de gibositate.
Primo ponit cās.z° signa 3° curaꝫ.
zª ibi Signa 3ª.ibi hūide qdē prio notificat
gibositatē z° ponit cās 3° diuersitatē zª ibi
& cause 3ª ibi.Et totū illud Dicit primo qđ
gibositatis est cā quādo spōdiles dorsi remo
uentur a loco suo &c.Aut p.i.ad anteriora
anterioris .i.ad anteri⁹ Cassi.i.pectoris. Et
cāe eius ponit causas que sunt quatuor una
ē primitiua ut casus & percussio. scđa est
humiditas tertia ē uentositas quarta ē apo
stema Lunosa.i.grossa cōtorsio ē gibositas
facta a dextro uel sinistro.Propter spatiū.i.
elōgationē ligamētoꝝ.s.ex siccitate. Pauci ca
sus.i.euent⁹ interfectionis quia fit a febrib⁹
adhurentib⁹.¶ Et totū ponit diuersitatem.

primo hoc. secundo ponit nocumēta contingē
tia ex gibositate secūda ibi. et gibositas. Dicit
primo qđ totū illđ qđ dictū ē de causis & c̄
totū illud s. totū qđ dictū ē de causis gibosi
tatis aut nō ē ita suple. sed ē in uno spondilli
¶ Et gibositas ponit nocumēta primo unū
2° aliud 3° cōcludit effectum nocumētorū
secūda ibi & quādo accidit tertia. ibi Et cū
ita sit 4° ponit quādā gibositatē cōtingentē
in determinata etate secūda ibi. Et infantib⁹
prima p3. ¶ Nota qđ si sit gibositas supra
dyafragma locus mēbrorū spūaliū coangusta
tur. Et ideo pulmo nō pōt bene dilatari & iō
fit malitia hanelitus Q̄ñ3 accidit ponit aliđ
nocumētū In infante. s. talis remotio spōdil
ypo. s. 6ª pticula afforꝝ. p° affo. Quicūq; gi
bi fiunt & c̄. Et ibi uerificat cōmētator Am
bos. i. tussi3 & asma. Nō accideret gibositas
q̄ resolueret. ¶ Cū ita sit cōcludit effectū
istorū nocumētorū & p3 ¶ Et infantib⁹ pōit
quādā gibositatē maxime cōtingentē in etate
infantie & patet. Quando cibant̄ ante horā
.i. nimis cito dimittūt lac. Quorūdā meatuū
.i. quarūdā uenarꝝ. ¶ Signa facte pōit signa
prio facte a causis extrinsecis 2° ab hūiditate
tertio ab apate. quarto a siccitate secūda ibi
Signa Facte pōit signa facte ab humiditate
forme. i. qualitatis al' forte. i. latū. ¶ Et si
gnū. ponit signū gibositatis facte a siccitate
ipsius siccitatis su. & signū a uentositate est
signū uentositatis & precessio rerꝝ generātiū
¶ Et humide ponit curam prio excusat se a
cura quarūdam spērꝝ. secundo ponit curam
aliarꝝ spērꝝ. secunda ibi & canon. Dicit prio
q̄ humida & sicca & c̄. p alias. s. quantū ad
humidū. Diu sionis. i. digestionis. ¶ Et ca
non ponit curā aliarꝝ spērū. primo ponit regi
men. secundo medicinas. secunda ibi & q̄ñq;.
¶ Dicit p° q̄ regula in administrando medi
cinas & c̄. stiptice. s. medicine stringūt. i. siccāt
quā obrem. i. pp quā mollificationē spōdiles
. s. a loco suo naturali. Et calefactiue s. medi
cie. Stringant̄ hūiditates. i. phibeant̄ a fluxu
aliter. i. abstergant̄. Nam quando cadit suffi
cientia & c̄. i. q̄ñ sola stiptica sufficiūt. Et q̄ñ3
ponit medicinas. prio ponit quasdā stipticas
& frigidas. 2° ponit quādā3 curā ad aposte
mosam. 3° ponit curā ad hūidā. 2ª ibi aposte
mose. 3ª ibi. Rememorat̄ prima in tot quot
medicinas ponit. Partes patēt. Dicit p° & c̄.
¶ Et q̄ñ3 ponit aliā medicinā. ¶ Olera. ue
ro ponit aliā. ¶ Ex oleis. pōit aliā. ¶ Nota
hic receptā olei de euforbio ¶ Medicamen
ponit aliā ad illā. s. que ē cū uētositate. Et cas
siam. s. ligneam. ¶ Emplastrū ponit aliam.
¶ Apostēose pōit curā gibositatis apostēo

se & p3. ¶ Rememoratio ponit emplastra
ad gibositatē humidā.

Et dilatatio. hic determinat de uari
cibus. primo notificat. 2° ōñdit cor
pora quibus maxime accidit ista e
gritudo. 3° ōñdit tēpus. 4° accidēs. 2ª ibi &
emplastrū. 3ª ibi & multociens. 4ª ibi cū aūt
prima patet. Et si ñ. s. sit putrefactio. ¶ Et
plurimū ōñdit corpora quibus accidat maxi
me illa egritudo & p3. ¶ Et multociens ostē
dit temp⁹ i quo accidit ista egritudo. ¶ Et
in illis. s. corporib⁹ incipiendo. i. nō p̄cedente
alia egritudine cui⁹ uarices sint crises. Splē
. i. magnitudinē spleni s. Non curant̄. s. nisi cu
retur splen. ¶ Cum autē ponit secundū can.
& eradicant̄. s. uarices. ¶ Et multociens po
nit aliam curā. ¶ Et additio. hic determinat
de helephātia. primo pōit cās. 2° signa. 3° cu
rā. 2ª ibi discernit̄. 3ª ibi ellefantia quidem.
Dicit primo q̄ ellefantia ē & c̄. Cū qualitate
sua. i. ubiq;. Ingrossat ad uarices. s. de motu
& de motore & huiusmodi. ¶ Discernitur.
ponit signa que sunt uaricū & ēt ellefantie.
unāquāq; s. tā uarices q̄ ellefantia. & melāco
lia. s. que ē cā eius ad caliditatē. s. quandoq;.
¶ Ellefantia ponit curam prio. in generali.
2° in spāli. 2ª ibi regimē. pª patet. maligna. s.
que est confirmata. Alchitran. i. pix liquida.
¶ Regimen ponit curam in speciali. primo
p̄mittit regimen. 2° ponit euacuantia. 3° pōit
regimen p incissionē. 2ª ibi euacuet̄. 3ª ibi &
si nō ualet. Aliter primo ponit curam p eua
cuantia. 2° p incidētia 2ª ibi & si non ualet.
Et sic debet diuidi prima patet. In fine. i. in
ultimo uel finaliter. ¶ Et si nō ualet ponit in
cissionē. primo ponit q̄ūo debet fieri icissio.
2° ponit regimē p⁹ incissionē. 2ª ibi & ōñdit
uicem. i. uenas que p̄cedunt sicut uicis in lati
tudine. i. si nō sufficit longitudo. Et si. idest
q̄uis. & non licet. i. nō ē licitū facere isto mō
nisi rubee. s. uene non nigre. i. q̄ñ sanguis est
rubeus & non q̄ñ ē niger. ¶ Et ostēdit. po
nit regimen & ōñdit a q̄b⁹ d3 caueri facta in
cisione q̄ si fuerit. s. ita strictū. In apertione
. s. uaricū sit timor. s. cum ē facta repletio. sed
ellefantia. s. curanda.

Dolor dorsi In precedēti tractatu.
A. determinauit de ruptura gibositate
& alijs egritudinib⁹ mēbrorꝝ exte
riorꝝ. Hic determinat de dolorib⁹ in mēbris
exteriorib⁹ & tot facit quot sunt dispōnes
doloris de quib⁹ determinat in isto 2° tracta
tu. 2ª ibi ē p̄ximo. 3ª ibi cum patiens 4ª. ibi
bothor patet. Quinta ibi q̄ñq;. 6ª ibi q̄ñq;
7ª ibi p̄pinquat. 8. ibi curat̄ cū aqua maris
& c̄. P° ponit causas doloris dorsi. 2° ponit

signa 3º. curā zª ibi illud quidē 3ª ibi op3.
Vt redias dicit prio qđ dolor cōtingit in dor
so pp nocumētū musculoꝝ dorsi &c̄. clausis
¶ In dorso suple & extrinsecis ꝑpter multi
tudinē coytus qa debilitaṫ .dorsum ꝑpter
cōitatē ad renes Quorūdā uiscerū .i. mēbro
rū intrinsecoruꝫ uene magne su. & artarie in
medio dorsi pp cōitatē oris stomaci ad partē
dorsi. ¶ Dubitaṫ utrū dolor sit signū cr sis
uideṫ qđ nō qa dolor nō fit a materia s; cri
sis fit a materia ergo &c̄. zº qa signa cretica
qn̄q; sunt bona & quandoq; mala. sed dolor
ē malus gº &c̄. ¶ Dicendū ꝙ dolor aliqn̄ ē
signū crisis. pbaṫ quia aliquando dolor signi
ficat materias moueri de intra uenas ad extra
uenas ut in uariolis. ¶ Ad rōnes. t. d. dolor
nō fit a matria negeṫ ¶ Ad secundū. Signa
cretica &c̄. Concedo. t. d. dolor semp est ma
lus falsum ē. inq̄tū significat crisim. Cā autē
quare sit dolor do si in uariolis magis q̄ in
alijs partibꝰ ē ꝑpter uenū magnā que ibi ē
&c̄ ¶ Illū quidē pōit signa prio diuersifica
ta penes causas. zº pōit quādā diuersitatem
zª ibi & dolores pº pōit signū doloris a fri
gore zº a labore & a grauitate .3º a renibꝰ.
4º a caliditate quinto a repletione uenarum
6º propter causas gibositatis zª ibi & factū
3ª ibi & factꝰ 4ª ibi & factū 5ª ibi & factū
Sexta ibi & factum. ¶ Dicit primo qđ si
gna significantia &c̄. qn̄ꝫ sentiṫ frigus quia
nō semp sentiṫ frigus. i. quādo ēet a calore
¶ Et factū pōit signa doloris dorsi a laboꝛē
& ēt a re grauante & a coytu. ¶ Et factus
pōit signa doloris dorsi facti cā renū Nota
rum. s. debilitantiū renes. ut coytu uel ulceri
bus renū. ¶ Et factū ponit signa doloris fa
cti a calore sine materia Pure. i. sine materia
¶ Et factum ponit signa alterius cause ut
quando uene sunt replete. ¶ Et factū ponit
signa facti a gibositate. ¶ Et doloris ponit
quādā. diuersitatē primo hoc zº declarat eā
zª ibi & indigens prima parꝫ. ¶ Et indigē
tes &c̄. declarat prio indigentes incarnatiōe
zº erectione zª ibi & indigētes prima pꝫ In
curatione ad intus uersus pectus. ¶ Nota
qđ quādo musculi dorsi trahunt uersus inte
stina tunc oportet hominē incurtari ꝑpter
timorem doloris. ¶ Et indigentes declaṫ qn̄
indigent erectione & patet Reric. s. ꝑpter
erectionē reductionē & reduplicatoꝝ hane
litꝰ suple. Immo facit breuitatē haneliꝰ qa
d ē minus spaciū pectori & pulmoni Causa
ē in dorso. s. extra in uentre idest in profundo
¶ Oportet ponit curā prio remittit nos. zº
ponit curam iuxta causas. 3º complet curam
secūda ibi frigidꝰ 3ª ibi. Et quādoq;. plū. dic̄

primo quod tu debes ire &c̄. ¶ Frigus ponit
curaꝫ iuxta causas. primo facti a frigiditate
zº a labore. 3º a coytu. 4º a renibus. 5º a re
pletōe uenaꝝ. 6º a gibositate. zª ibi & factꝰ.
3ª ibi & facti. 4ª ibi & facti. 5ª ibi & facti.
6ª ibi & facti. Dicit primo ꝙ qn̄ cā ē frigidi
ditas &c̄. ¶ Et factus ponit curam doloris
dorsi facti a labore. ¶ Et facti ponit curam
facti a coytu. ¶ Et facti pōit curā facti a re
nibꝰ. ¶ Et facti ponit curā facti a gibositate
¶ Et qn̄q; resumit & cōplet curā & ponit
medicinas diuersas. partes patebūt. Dicit pº
ꝙ accidit pp frigus &c̄. Pars secunda ēt, pꝫ.
¶ Et de potionibus. ponit alia medicamina.
¶ Et pitte pōit pillulas. ¶ Emplastra pōit
ēpl̄a ¶ Et de unguentis pōit aliā medicinā.
¶ Et melius ponit aliā. ¶ Et proximꝰ. hic
determinat dē dolore yliοꝝ. Araꝫet. i. nastru
cij. aliter ē granū simile. iunipero qđ n̄ habe
mus. & itestinoꝝ. s. patientiū fluxum. ¶ Cū
paciēs determinat de doloribus iuncturarū.
primo ponit cās. zº pōit signa. 3º curā. zª ibi
illud. 3ª ibi cū cognoscetur. prio de dolore po
dagrico. zº de sciatico. zª ibi sciatica uero. ꝑpo
nit causas doloris iuncturaꝝ. zº eas declarat.
zª ibi amplius. distinguamus mēbrū suscipi
ens. hec ē cā naturalis. ¶ Nota ꝙ complexi
ones male & materie male sunt cause doloꝝ
iuncturarū. uno modo debilitando membruꝫ
ꝑpter qđ mēbrū paraṫ ad recipiendū mate
rias. secunda causa est quia aliqn̄ mala cōple
xio ē causa attractionis humorū & aliqn̄ est
causa congregationis humorum in loco. & ali
quando qn̄ ipsa facit dolorē membra ꝓhi
bentur a motu pp dolorē. ¶ Et nota ꝙ oīs
mala complexio pōt esse causa debilitādi mē
brū. sed non omnis mala complexio est causa
attrahendi materias ad locum nisi mala com
plexio calida. ¶ Causa instrumētalis. i. coad
iuuans. Aut ex creatione su. aut ex alia causa
effectiua illorum dolorum. est causa huius.
¶ Amplius hic declarat istas cās. prio illā
que se tenet ex parte pacientis. secundo cās
efficientes secunda ibi cā aūt ¶ Dicit prio
ꝙ bonū ē diuidere utrūq; illorum membroꝝ
diuisionis. Iste egritudines. i. isti dolores nō
ex parte complexionis su. s; ex pte substātie
late huiusmodi diuisio i. propter dolores &
causas extrinsecas A diuisione complexionali
quia mediante cōplexione hoc faciunt ¶ Cā
autem declarat causas efficientes. primo hoc
secūdo ponit causas causaruꝫ. secunda ibi &
cāe. ¶ Dicit primo qđ causa efficiēs ē mala
complexio &c̄. aut in mēbro pricipali princi
paliter pati aliter. i. in corde & epate Crudi
tatis subtilis singularis. i. humor subtił.

purus. ¶ Dubitatur utrum dolor iunctura rum magis fiat ex flegmate uel magis ex co lera probatur ꝙ magis fiat ex flegmate qa multiplicatur in iuncturis. 2° quia in senibus fiunt magis isti dolores in quibus habundāt flegmata. ¶ In oppositum est Auic.. ¶ Di cendū q̄d flegma aut fit per uiam congestio nis. aut per uiam defluxus. primo mō. dolor iuncturarum fit magis a flegmate puro q̄ a permixto. cum colera. 2° modo fit magis a flegmate et colera simul. Ratio ē qa colera subtiliando flegma magis penetrat. 2° quia flegma esset nimis grossum. ¶ Ad rationes .i. d. flegma & c̄. uerum ē per uiaȝ congestio nis. sed non per uiam defluxus. ¶ Ad aliam d̄ senib⁹. dico ꝙ ē pp d̄bilitatē uirtutis. ¶ Et cause declarat causas cāꝝ. prima in quatuor sicut ponit quatuor maneries causaꝝ 2ª ibi & de causa. 3ª ibi & frequentia. 4ª ibi & si aduenerit pª patet. Hui⁹ causē .s. efficiētis Ex causis eius. s. doloꝝ uel harū materierū ¶ Et de causis ponit alias causas. ¶ Et fre quentia ponit alias. ¶ Cum aūt pōit alias.

¶ Vnū eorū. s. dolor iuncturaꝝ & febres ex putrefactione ¶ Et aptiores. pōit decē cañ. secūda ibi & nō quidē tercia ibi & mltociēs quarta ibi & plurimū. quinta ibi & dolores Sexta ibi & multociēs. septia ibi & aptiora octaua ibi & cum succurit nona ibi & qñ apparet decima ibi & de habentibus. prima patet cū sedatione & alteratione. ¶ Et non quidē ponit secunduȝ can. A regimine p°. s. cordis & & aliorū mēbroꝝ. ¶ Et mltotiēs ponit aliū can. inter digitos. s. manus uel pe dis. Sedaī quādoq̧. s. cessat cursus. s. mēbro rum. unde multa materia sanguinea attrahi tur. ¶ Et plurimum. ponit quartū. et ista ē sentētia cōmētatoris. 6ª pticula afforismoꝝ.

Eplicit scriptum Gentilis super totū tertiū canonis Auic.

Impressuȝ Papie p Damianum de cōphalo neriis de binalcho.

LAVS DEO

INCIPIVNT breues uerūȝ ūtilissime recepte Gentilis sup pª quarti. A.q apud ppaucos habebanť. repte tñ apud clarissimū doctorem. d. Magistrū Pantaleoneȝ de cōflentia et per ipm reuisse. eoq̧ pcurāte Papie p Magistrum damianuȝ de cōfaloneriis de binascho in fine scripti eiusdē Gentilis sup 3º Auicene feliciter impresse.

INCLINATVS multoꝝ pcibus ut supra quartū can. receptas facere uobis dilectis meis qui in studio mecuȝ laborastis. post. xviii. mee ptice & post 4m lecture mee ceteris i uniuerso pficere uolētib⁹: decreui secretiora scribere medicine. In nomie patris & filii & spiritussancti Amen.

Et pmo sup pº d fe. effiª cāta ex angustia. & primo tamē preferam capitula hec.



Capitulū pm de effimera cāta ex angustia.

QVIA hec fe. qtum est de sui natura indiget alterātib⁹ 10 cōsuererūt aliqui facere pomū qd est. ℞ rox. rub. illius āni ellectaꝝ. ℥. iii. floꝝ uiolaꝝ nenufaris an. ℥. ii. sandaloꝝ alboꝝ & ru. an. ℥. i. cāphore ℈. iiii. cere noue quatā. i. misse oia massellando cū aqua roxata electa & fiat pomū pforatum qd odoret. quod pomū dico non ualere. qa uirt⁹ alteratiua nec odor hñt effectū quē debēt rōne mixtionis qa cera uiscosa est. Fiat ergo alio mō & sequiť.

℞ rox. rub. ellectaruȝ illius āni. ℥. iii. floꝝ uiolaꝝ nenufaris an. ℥. ii. utriusq̧ sandali. an. ℥. i. cāphoř. ℈. iiii. semis papaueris albi. ℥. iii. pulverizenť oia & fiāt de isto puluere due ptes quaꝝ una ponať i pāno lineo delicato & ligetur in modū pile. & d alia medietate fiat un⁹ paruus saculus qui fit i fotª cordis & ambo madefiāt in epithimate qd sequiť.

℞ aque roxate ellecte aque nenufaris. an. lb. i. aque acetose aque endiuie aq cucumeris aq cucurbite aque bugloxe. an. ℥. ii. aceti albi. ℥. i. sandaloꝝ alboꝝ & rub. an. ℥. ii. suci pomoruȝ acetosoꝝ facta residentia. ℥. i. camphore. ℈. ii. & fiat epithima & non ponanť mucilagines. quia rōne uiscositatis opillarēt. In isto epithimate madefiāt pilla & saculus & mediocriter expssi odoreť pilla tenendo eā i manu & saccul⁹ regioni cordis appliceť. Itē altereť aer cū aceto & aqua mixtis que aspgant in camerā & parietes camere cū eisdē madefiāt. Iteȝ sternať camera cū foliis uitis albe & foliis salicis & sumitatib⁹ populi & fiat hoc nisi camera fuerit reumatica. Itē pōt alterari cū cāphora ut fiat cataplasma cū aliq uase perforato subtiliter ualde in fūdo qd uas suspendať in camera & ipleať aqua & sub illo uase sit peluis uel aliqd in quo recipiať aqua distillans & illud in quo aqua recipiť sit plenum foliis añ dictis. Iteȝ oia pñt fieri in estate magne caliditatis ne dum ad curaȝ effimeř illius imo ēt ad alterādū aerē p magnatib⁹ & nobilib⁹.

Cam secundum de effimera cāta ex uigiliis.

SVPRA cam effimere ex uigilia oȝ somnū puocare ut sequiť. ℞ succi sempuiue uel crasule uł barbe iouis succi lactuce suci portulace suci cucumeris suci cucurbite oiuȝ facta residētia. an. ℥. ß. aque rox. aque nenufaris. an. qrtā. i. utriusq̧ sandali. an. ℥. i. semis papaueris al. fortiter cōquassati. ℥. iii. sumitatū solatri. ℥. ß. & si uis forti⁹ facere adde suci folioꝝ mandragore. ℥. ii. & si iteꝝ forti⁹ opii masticis pulverizati. an. ℥. ß. misse i modū epithiātis & appliceť timporibus & pulsib⁹ brachioꝝ cū pānis ibidem madefactis. Et nota qd aliq addunt acetuȝ qd si addať sit ualde paꝝ quia puocat uigilias ut infra diceť. & qa tpus nō semp est optimum si sucos facere nō posses utaris aquis quod si oia habeř nō posses cape qd poteris qa ista simul mixta uel ad hoc p se ualēt. Nota ꝙ sup oēs herbas que ad hoc ualēt est memithe. i. celidonia agrestis & ē secretū & ualet i frenesi młtū & sit fortiter cōquassata & timporib⁹ linita. Item ad ideȝ ualet ungm qd sequiť. ℞. olei nenufarini olei mādragore olī d papauere. an. ℥. ß. semis papaueris albi fortiter cōqssati. ℥. ii. opii tebaici. ℥. i. croci ℈. i. ad remouendū malitiā opii cere albe. ℥. ii. fiat ungm bene cursibile & lineanť pāni linei & applicentur timporibus & sup uenas subeticas que sunt in fronte uel collo uel ēt ungať pānus lineus & appliceť cū unguento populeon. uel sic. ℞ lactis mlieris lactātis feminā qrtaȝ. i. albumina ouoꝝ duo semis papaueris albi fortiter cōqssati. ℥. i. misse. uel sic ℞ farine semis papaueris albi. lb. ß. aque rox. ℥. i. aceti albi. ℥. ii. albumina ouoꝝ numero. ii. fortiter agitata lactis mulieris qtum suffidt & fiat emplasť ℞

qd̄ tepidū ponat̄ sup̄ frontē. Itē3 aliq̄ fomē tāt p̄us frontē & timpora ad apiendū poros ut possint meli⁹ subintrare somnifera & hoc cū spongia infusa i aqua decoctiōis uiolar̄ꝫ ne nufaris se. papaueris albi q° facto supponūt illud qd̄ sequit̄ uel remedia ante dicta. ℞. cas sie lignee. ʒ. i. opii. ʒ. i. croci. ʒ. ß. fiat puluis & incorporet̄ cū sirupo uel suco papaueris uel cū aliquib⁹ aquis uel sucis uel oleis añ dictis & applicet̄ sup fronte & timporib⁹. Itē odo ret pomum mādragore folia salicis folia cāne folia uitis & sup̄dicta aut p̄uocet̄ somn⁹ cū3 cibis & potib⁹ ut si fiat lac amigdalar̄ꝫ addē do seis papaueris albi. & fiat sic. ℞. amigdala rum dulciū excorticatar̄ꝫ. amare. n. sunt calid̄ quartū. ß. semis papaueris albi. ℥. ß. cōteran tur cū aqua frigida q̄a ipa opillat & dissoluā tur & fiat lac & p̄pinet̄. Itē ad idē uidi ad dere uinum i cibis prouocat. n. somnum quia uinū multiplicat uapores ascēdētes ad caput q̄bus multiplicatis fiet opilla° uenar̄ꝫ subeti car̄ꝫ. Et illud nō deb3 dari in fe. nec i passioni bus dolor̄ꝫ capitis. Ite3 ℞. cōserue uiolar̄ꝫ con serue nenufaris. an. ℥. ß. seis papaueris albi. ʒ. i. semis iusq̄ami. ʒ. i. panis 3uchari quartū. ß. misse. Itē dissoluat̄ opiū i uino & bibatur ut faciunt latrones qui associant̄ iteragētes ut ip sos possint dep̄dari. Itē ual3 si bibat̄ suc⁹ mā dragore uel iusquiami.

Item excitatiuū hui⁹ somni ē odorare fortissi mū acetū quia fortis odor aceti mordicat & titilat carūculas nariū & ascēdit ad p̄tes cere bri causādo ibi motū & excitādo & ēt uenien do ad p̄tes siue uenas subeticas & etiā rōne sue friditatis et subtilitatis substātie rep̄mit uapores siue fumos ibi existentes & somnū causātes. quare si miscet̄ acetū cū3 somniferis sit in ualde modica q̄titate solum ut p̄fundet uirtutē rer̄ꝫ frigidar̄ꝫ. Itē fortis ligatio extre mitatū & fortis frica° ear̄ꝫ ualet ad p̄uocādū uigilias. Itē si potes p̄uocare somnū cū appli catis ab extra laudo qd̄ nō p̄uoces cū3 aplica tis abint⁹.

Ca^m 3^m. de effimera cāta ab euōne superflua

Supra capit̄3 de effi^a cāta ab euōne superflua. Cōstringit̄ cū cibis & poti b⁹ & medicaib⁹ tā simplicib⁹ q̄ cō poitis ta3 ab intus q̄ ab extra applicatis. Ciba ria fc̄a sint de faria uolatili frumēti. i. subti li multū & tortelle cū lacte amigdalar̄ꝫ & p⁹ simul buliāt. Itē amidū parat eodem°. Itē pa nis albisti⁹. Ite3 nebule. Ite3 oia cibaria facta de pasta a3ima in qua ñ sit furfur. Itē cibaria facta de carnib⁹ electis boni nutrimēti & for titer coctis cū quibus admisce amidum & sit bene collatū spissu3 i pauca tñ q̄titate sumat̄ & sepe ne ẽguet uirtutē cōtentiuā. Itē coquen do cū carnib⁹ siue sint galli siue galie siue alie Res stiptice ut sunt cotana sorbe nespuli cor nee imature berberis ypochistidos acacie. san guis draconis. ul̄ cortices mirabollanor̄ꝫ a qui b⁹ gumositas ē exp̄ssa. pōt ēt d̄coqui coral⁹ bñ ablut⁹ quater uel q̄nqes cū aqua tepida cū carnib⁹ añ dictis. Itē oua dura cocta cū aceto fortiter stringūt. Itē coquant̄ cibaria i aq^a ci sterne ul̄ pluuiali in q^a buliat spodiu3 electū Itē pot⁹ ad hoc est aqua ferrata extinguēdo ferrū nouies ignitu3 in aq^a postea collet̄ & ca lebes p̄ualet. Itē uinū stipticu3 grossū de tor culari in quo ponat̄ panis alb⁹ bñ tostus ul̄ as satus. uel sirup⁹ de ribes det̄ cū aqua ferrata & nō cū uino. Itē semp anteq̄ comedas cibu3 accipias aliqd̄ stipticū de fructib⁹ coctis uel crudis ut esset coctanū in p̄ua tñ q̄titate ꝙ si fruct⁹ nō hēs. accipias panē torefactū & ifon dat̄ in uino dicto paru3 añ & post habe tostā & pone sup incissorio & p⁹ sup aspgat̄ pul uis qui sequit̄. ℞. interior̄ꝫ cināomi electi. ℥. ß. coriādri p̄parati. ʒ. ii. panis 3uchari. ʒ. vi. galā ge nucismuscate. an. ʒ. i. ponas de isto puluere sup tosta & comedat tres uel q̄tuor bolos i introitu & post bibat ualde par̄ꝫ & hoc ubi ñ sit febris ualida. Item pōt admīstrari uitell⁹ oui ieiuno stomacho i quo fūdat̄ p̄luis qui se quit̄. ℞. masticis. ʒ. ii. san. dra. boliarmeni. an. ʒ. i. interiorū cinamomi electi. ʒ. i. fiat puluis subtilis de quo sumat q̄tu3 pōt cum trib⁹ di gitis & infundat ouo & transglutiat.

Ite3 medicie simplices que ualent cōtra fluxū uētris. p̄mo coagulū leporis uel edi sumatur ʒ. i. & ii. aque plātaginis tepide & det̄ in po tu ieiuno sto°. Item 2° caseus antiquu⁹ dur⁹ a quo sit remota tota salsedo qd̄ sic fit Lauat̄ caseus cū aqua tepida incissus i frustra p̄ua & lauet̄. viii. uicibus uel nouē. & iste caseus ministrat̄ cum cibis factis de pasta a3ima ut prius dictum est.

Item 3^m tyriaca recēs p̄pter opiu3 que si re cens nō iueniat̄ sumat̄ tiriace. ʒ. i. opii. ℈. v. mi sceant̄ cū aqua plātaginis tepida uel cum uino grosso de torculari.

Item 4^m est lētes excorticate fortiter & cocte q̄a iste cū corticib⁹ sūt lassatiue & fortissime bulite & post i patella assate cum pinguedie renū mōtonis & date cum pauco aceto.

Item quintū est sāguis mōtonis sine sale cū aliqua pinguedine.

Item sextū ē sāguis turturis datus i potu cū uino grosso de torculari & nō coquat̄ sāguis Itē septimū ē semen nasturci integrū assatū in sartagine ministratū cū lacte acetoso i quo

ferrum uel lapilli sunt extincti.
Ite℥ octauū est lac acetosū i quo ferrū ignitu℥ uel lapilli sūt extincti cū quo coquat̄ aliqd de stipticis ia℥ dictis & addat̄ flo℞ cameleunte pueri℥are .℥ ʒ.ul̄.ʒ.ij.et mistrat̄ sto° ieiuno.
Itē pl'uis hic ē bon⁹.℞ charabe corali utriusq₃ semis plātaginis semis rox.bedaguar.an.ʒ.i. spodij sang.dra.lapidis ematitis.an.ʒ.S.oiu℥ sandaloum.℈.i.panis ℥uchari.ʒ.ij.fiat puluis subtilis cribelat⁹.
Item alia applicant̄ ab extra.& pmo faciam lauari plātas pedū & uolas manū & sub um blico & sup renes cū disolutiōe flo℞ cameleū te que dissoluit̄ cū aqua plātaginis & uino ď torculari dicto.Et si flores non habent̄ capia tur radi xeius & cum isto lauentur.
Item 2^m applicatū ab ex^a est uētosa mag^a si paciens eā pōt tollerare sine scarificatiōe sup umblico.Aliq₃ ponūt sup utroq₃ latere unam de mediocrib⁹ ul̄ de paruis si uirtus tollerat̄ pōt & illud nō approbo si uirtus sit debilis. quia agrauat pncipalia membra.
Item 3^m est lauare extrema cū decoctiōe ista roxaru℥ ru .ellecta℞ folio℞ uitis salicis. post extremitatib⁹ lotis i ista decoctiōe sufficienti & bene calida fiat absterſio cū pāno lineo al bo ita qď nihil maneat madidū i porositatib⁹ & denudet̄ & postea intret lectū & hēat lin teamina alba a qbus cū fricatiōe & calefactio ne sit reōta frigiditas actualis & sint q̄si tepi da linteamia & sit bñ cohopt⁹ ut si pōt sud℥.
Item 4^m aliqui faciūt suppositoria que sunt Rasis.9°.almāsoris in fine capituli de fluxu uētris & sunt talia.℞ thuris albi olibani lici croci gumiarabici.an.ʒ.j.opii.ʒ.ij iformēt̄ur coliria & illud exptus fui & nō inueni effc̄m forte pp soliditatē & duritiē istius colirij.
Item pn̄t applicari emplastra p°.℞ suci cito nio℞ suci nespulo℞ suci corna℞ suci sorbarū suci plātagis & aliq₃ uolunt cum resīdētia & aliqui sine.sed ego uolo cū resīdētia qa in ea ē aliqd stipticitatis. g° ualet i pposito quar.j. aque roxate facte de stipitibus.℔.S. thuris masticis.an.℥.S.san.dra.boliarmeni.an.ʒ.vj. flo℞ cameleūte.ʒ.iij. acatie ypoqstidos.an.ʒ. .iij.rox.rub.℥.S.qď si sit fe.addatur ď sand. albis & rub.an.ʒ.ij.pulueri℥ent̄.& miss.cu℥ aquis seu sucis pdictis qď si non sit fe .adde mēte sice absinthij.an.℥.S.Et post.℞ medu lam panis assati scďm q̄titatē scď℥ quā uolu eris facere emplas℞ istū panē calidū ifunde in pdictis & postq̄ sumpsit q̄tū pōt exprime pa℞ panē qď si uis addere uinū de torculari adde & supaspge istū panē madefactū cum puluere masticis & calidū applica sup sto^m & iestina gratilia inter duos panos lineos & potes addere farinā lentiū si non hēs panē q̄ tum sufficit ad iispissandū emplastrum.
Item potes facere emplastrum hoc.℞ thuris masticis thoracis calamite.an.℥.S.sang.dra. boliarmeni terre sigillate ypoquistidos acacie .an.ʒ.ii.corali rubei.ʒ.i.interiorū cinamomi ellecti.ʒ.i.S.terbētine.ʒ.S.picis naual' quar.S seu quod sufficit fiat ēplastrū cū pistello cali do addendo oleij nardini oleii masticini.an. quār.S.seu quod sufficit quod extēdat̄ sup alutum in forma quadrata ad lōgitudinem & latitudinē que uidet̄ sufficere ꝙ ponat̄ su pra umbilicū & uētrē.Itē aliquid faciunt suf fumigatiōes ab extra cū scutella pforata & fumū recipiūt p anum cū aceto fortissimo i q̄ infundāt̄ prune flamētes t̄ lateres igniti ātiq. Aliud ēplastrū.℞.masticis.℥.i.corallo℞ rub. .ʒ.ii.corticū thuris.ʒ.iii.pulueri℥entur & fiat ēplastrū sup alutā cū aliq̄ oleo t̄ suco stiptico.
Item ellectuariū ad idē.℞.corticū thuris mi nutim incisso℞ carniū citonio℞ conditorū & cōserue antique roxe.an.℥.S.cōserue bugulo xe antiq.ʒ.ii. iterio℞ cinaōmi ellecti flo℞ ca meleunte .an.ʒ.i.S.coral.alb. & rub.fortissi me abluto℞.9.uel.io.aqs idē intellige de ali is mineralib⁹nā abluūt ut terestreitas & ma lus sapor remoueatur ex sicato℞.an.ʒ.ii.san. dra.ʒ.ii.sandal'. albo℞ & rubeo℞ coriādri pparati acacie ypoquistidos.an.ʒ.i. panis ℥u chari.℔.S.aque buguloxe suci citonio℞.an. quar.S.fiat eltrium p bolos ꝙ uis deaure tur medio mō uel in toto uel in pte.Item in tenasmone qn̄ paciēs surgit de sella lauando pudibōda cū aqua frigida seu tergēdo cū bō bace & p⁹ supponēdo bōbacē in eo qď seq̄t̄ intinctū.℞.olei roxati ātiq.℥.j.uitella ouorū fortiter agitata numero duo opii sil'r pulueri ℥ati.ʒ.i.misse & tepefiat & in hoc tepefacto intingat̄ bōbax bñ carminatus q₃ ponat̄ infra pudibūdum q̄tum pōt.
Item in fluxu uētris possunt dari clisteria.p° lenitiua ita ꝙ nihil ponat̄ de sale & pn̄t in p cessu dari clisteria restrictiua que possunt de sucis & medicaminibus ādictis fieri.

Ca^m 4^m de cffi^a cāta ex sincopi.

SVPRA ca^m de cffi^a cāta ex sinco pi curat̄ cibis potib⁹ & aliis medica mibus.Cib⁹ q₃ maxime ualet in sincopi & in omni defectiōe uirtutis est aqua carnis q̄ sic fit.℞.caponē unū bene pinguē & pdicē bonā uel faxianū pinguē & pdicē bonā.ꝙ si uēter fuerit nimis lax⁹ adde turtures.ij.uel.iij. & fac bulire et despuāre illas carnes & p⁹q̄ fu erint dispumate & abitias ab olla & pigue

do tota remoueatᷣ.deinde in frustra incidantᷣ
minutim & frustra in amphora uitrea ponã
tur postq̃ si febris affuerit ponatᷣ i amphora
aqua rox.aqua bugloxe.an. quar.ʒ.& si fe.
nõ fuerit ponatᷣ loco dictaꝝ aquaꝝ uini albi
electi quar.j.ad pondus.qđ si diues fuerit po
natᷣ ibi ligni aloes.ʒ.i.florenoꝝ auri secũduз
possibilitatẽ suã quia floreni ẽt de põderᷣ suo
amittũt & obturetᷣ amphora fortiter postea
ligetᷣ desup & ista amphora ponatᷣ i cachabo
pleno aqua & caueatᷣ qđ ñ natet.sed stet ĩfra
& post ibi cachabo supponatᷣ ignis & toª no
cte buliat & ordinetᷣ qđ aqua calida sit i alio
uase iuxta cachabũ ita qđ si cõsumetᷣ aqua ca
chabi cũ alia aqª possit cachab⁹ adimpleri &
in crastino subtrahatᷣ ignis a cachabo ita ꝙ si
ne igne ãphora a cachabo abiciatᷣ . aliter eĩm
amphora frãgeretᷣ post qđ deponatᷣ ãphora
& carnes erũt ibidẽ liquefacte & conuerse in
aquã carnis & detᷣ paciẽti seu ꝑ se seu cũ aliis
mixtis. Aduerte qđ qñ i olla ponuntᷣ qđ etiã
ossa ibidẽ ponãtᷣ cũ medulˡ fortiter conq̃ssata
Item ualet zº maxie in sincopi usus pulueris
qui sequitᷣ cũ cibis admĩstratis de qbus cibis
paꝝ nutrit multũ ut sunt testicli galloꝝ qui
nõdum calcauerũt.oua sorbilia ꝑdices faxiãi
& alia cõtrita & mollificata ex quib⁹ fiũt ci
baria sorbilia deꝫ quib⁹ dicit.ypo.qđ facili⁹
est repleri potu q̃ cibo.
℞ corali rub.& albi in aqua tepida bñ abluti
& desicati.ʒ.ij.ligni aloes.ʒ.j.ben albi & rub.
doronici.an.ʒ.j.ʒ.interioꝝ cinaõmi ellecti co
riandri ꝑpati spodij fini rasure eboris sq̃nã
ti sandaloꝝ al.& rub.& muscatelinoꝝ.an.ʒ.
j.ʒ.charabe seminis citri.an.ʒ.ij iacintoruз sa
phirorũ smeraldoꝝ.an.ʒ.ʒ.℈.j.ossis đ corde
cerui interi⁹ mũdati numero 5º margaritaꝝ
orientaliũ ꝑforataꝝ & nõ ꝑforatarũ fortiter
ablutaꝝ.ʒ.iij.panoruз argẽti & auri puri nu
mero.xv.panis zuchari ad põd⁹ oiuз terrantᷣ
lapides in mortario marõreo & cribellentᷣ ꝑ
sindonẽ duplicatã ut deueniat ut fiat puluis
subtilissim⁹ qui cõseruetur i pisside bñ mun
da.Iste puluis uocatᷣ cordialˡ qa confortat mẽ
bra ꝑncipalia & regenerat spũs.& facias ꝙ
taneatᷣ i apotecha.ꝙ si paciẽs fuerit potẽs addᷣ
ambre grise ligni aloes.an.ʒ.j.ulˡ.ʒ.zᵐ ꝙ uo
lueris auri puri ducatoꝝ uenetoꝝ subtilˡr line
ati argẽti đ uenecijs nimiũ lineati subtilˡr.Itẽ
sup cibaria asꝑgatᷣ de isto puluere & de isto
puluere põt fieri elctũm ẽt ꝙ sequitᷣ cordiale
℞.puluis cordialˡ.ʒ.j.ulˡ.ʒ.ij.zᵐ ꝙ ẽ diues cor
ticum citri conditi zucharo cõserue bugloxe
cõserue boragis.an.℥.ij.semis acetoxe.℥.ʒ.zu
chari quar.j.fiat ellectuariũ i mõз zuchari ro
xati & aromatizetur cũ aqua roxata de dama
sco & deauretᷣ cũ pãnis auri q̃tũ uolueris.No
ta ꝙ aqª roxata nõ cõpetit i sincopi de repletõ
ne spũuз cõculcatorũ aditus zᵐ.A.iiª.tertij.
capitulo de sincopi.Et scias qđ.Auic. loquitᷣ
nimis ibi stricte.nã ab extra bñ competerᷣ põt
sꝑgenº sup faciẽ & extreitates.Sз in isto cãu
cõpetit fricaº extreitatũ cũ ligatura forti.Iteз
i sincopi põt cõpetere saculus applicat⁹ ab ex
tra sup̃ regiõeз cordis ut sequitᷣ.℞ semis utri
usq̃ ozimi.an.ʒ.ʒ.seis citrãguli.ʒ.ij.coriãdri
ꝑparati semis acetoxe an.ʒ.iij.seis citonioꝝ.ʒ.
ij.rox.rub.ellectaꝝ folioꝝ melise an.℥.ʒ.flo
rũ boragis & bugloxe an ʒ ij utriusq̃ san
dali.ʒ.vj.fiat sacul⁹ ad formã cordis & asꝑs
sus aqª roxata & uino ellecto cordi tepid⁹ ap
plicetᷣ Iste saculus mlˡtuз cõfortat cordis sub
stãtiam & spũuз.& iõ debet quasi in omni
sincopi ministrari q̃ citius possumus

Caᵐ 5ᵐ de effimera cãta ex oppilatione

DE fe.effiª cãta ex oppillatiõe Opila
tiões actuales pñt curari cũ sirupo
acetoxo Sirupus acetoxus ẽ duplex
quidã simplex quidã cõpositus In simplici in
trant tm̃ tria.s.acetum aqua & zucharuз. Et
iste ẽ triplex aliquis ẽ mlˡte acetositatis & in
isto intrat tãtũ de aceto q̃tũ de aqua ut.℞.ace
ti aque clare añ ptes.viij.zuchari ptes.iz.&
fiat sirupus. Alius ẽ mediocris acetositatis
ut.℞.aceti pt.5. aque pt.7.zuchari pt.iz.Ali
us ẽ pue acetositatis ut.℞.aceti pt.tres aque
pt.quinq̃ zuchari pt.iz.Alius ẽ cõpositus &
licet istũ uidebis in.zº tractatu hui⁹ libri tñ
hic describã.℞ radices herbes & semina aq̃
zuchaꝝ & acetũ & cõponas sirupuз acetoxũ
cõpositũ sicut uidebitᷣ in sequẽtib⁹ in cura fe
briũ in tractatu.zº hui⁹ prime.Nota iterum
quod ubi ẽ opillaº nõ debet dari zuchaꝝ in q̃
titate notabili.Et si das zucharuз debes dare
cũ cibis abstersiuis & mũdificatiuis ut cum
ordeo & caue ꝙ nõ des cũ oppillatis ut cum
amido.Itẽ aqª ordei alia ẽ mlˡti ordei & pl⁹
nutrit & sic fit.℞.ordei mundi pt.j.aque pt.
.x.buliãt usq̃quo ordeuз crepet.Alia ẽ pauci
nutrimẽti ut.℞.ordei mondati pt.j.aque pt.
.xx.buliat donec ordeũ incipiat crepari. Alia
est mediocris nutrimẽti ut.℞.ordei pt.j.aq̃
pt.xvij.buliat donec ordeũ incipiat crepari
ulˡ sit crepatũ.

Caᵐ 6ᵐ.de effiª cãta ex nauseatiua sacietate.

DE fe.cãta ex nauseatiua sacietate qa
indigem⁹ stomachũ cõfortarᷣ potest
cõfortari cũ medicis applitatis abin

tra & ab extra .ab extra fiat p⁹ saculus q̄ seq tur. ℞.mēte sice absinthii maiorane flo℞ me lisse.an.ʒ.ß.rox.rub.electa℞ pt.j.seu pugil lū.j.aliqui ponūt sed nō laudo quia resoluit anisi maratri carui cameos dauci siseleos.an. ʒ.j.masticis.ʒ.ij.spice nardi.ʒ.j.ß.corticum citranguli fortiter cōquassati.ʒ.iij.coliādri p̄pati coralli rub.an.ʒ.j.cōquasatis oib⁹ fiat saculus in forma scuti qui ponat̄ sup stōachuꝫ & sit q̄titatis cōdecētis secūdum quod iste ē puus uel magnus. Itē. 2° emplastrū qd̄ seq̄t ℞ laudani puri masticis.an.ʒ.j.galange ʒe doarie ameos gariof.an.ʒ.j.& si fuerit diues pone de lignoaloes.ʒ.ß.mēte & absinthij sico rū.ʒ.ij.interiorū cinami.ʒ.ij.storacis calami te.ʒ.iij.terbētine.ʒ.ß.picis naualis qd̄ suffic fiat emplastrū cū pistello calido i mortario ad dendo olei nardini olei masticis.an.qd̄ suff. ē fiat empl'ꝫ p sto°. Itē aliud si ē paup. ℞ succi mēte suci absinthij an quar.ß.alias.ʒ.ß.aque roxa.ʒ.ij.medule panis assati.ʒ.ij.infūdat̄ panis calidus i sucis p̄dictis & addito pl'ueris thuris & masticis.an.ʒ.ij. applicet̄ iter duos pānos lineos sup̄ sto^m & liget̄ ibidem.

Itē possum⁹ facere ung^m. ℞ olei nardini oli masticis olei de absinthio. an.ʒ.ß.thuris masticis.an.ʒ.ß.cere noue.ʒ.ij.fiat ung^m bn̄ cursibile. & qn̄ erit ab igne depositū.adde gariof filo℞ subtiliter pulueriꝫato℞.ʒ.j.& ungatur stomach⁹. Ad hoc ualet traꝫea q sequit̄ grossa. ℞.ʒʒ.albi rasi.ʒ.j.galāge.ʒ.ß.& si paciēs nō refutat amara ꝫedoarie.ʒ.ij.garioff.cube ba℞ macis.an.ʒ.ij.nucismuscate.ʒ.iij.g̃norū paradisi.ʒ j.ß.coriādri an̄ confecti.an.q̄r.ij. fisticoꝝ confectoꝝ. pinearū.an.quar.j.an̄ nouelli quar.j.carui.ʒ.j.miss.incidātur iciden^a. & addat̄ panis ꝫuchari incisi.ʒ.j.& ponas.ʒ. iij.floꝝ cinaōmi & habebis traꝫeā qua utat̄ sine potu.

Itē ad cōfortationē stomaci ualēt pot⁹ diuersi ut uinū maluaticū uarnacinū uel uinuꝫ de cipro ul' uinū saluiatū ul' aqua ardēs uel claretū ellectū cuius recepta sequit̄. tn̄ i modica sumat̄ q̄titate si fe. nō adsit. ℞.ʒʒ.albi electi.ʒ.ij.garioff.galāge.an.ʒ.iij.spicenardi.ʒ.j. folij sq̄nāti.ʒ.j.ß.cardamomi cucube.an.ʒ.j. fat puluis subtil' qui cōseruet̄ i saculo ꝯ aliquid de quo puluere sumant̄.ʒ.vj.cuꝫ uino subtili medij q̄rtini & ponat̄ panis ꝫuchari.q̄r.ß. ad grossuꝫ pōdus & fiat claretū i manica.j. i saculo colādo & adde pipis longi.ʒ.iij.nucis muscate.ʒ.i. Nota ꝙ si uis facere claretū optimū tu debes ponere garioff.ad ptem & ifunde i maica. & ita fac de aliis spēbus. tn̄ p̄mo trāseat p garioff. & spicānardi uel.ʒʒ. Item post cibum sumat duos bolos coctani ul' piri cocti cui supaspergat̄ tracea statim dicenda uel de puluere clareti uel sumat post cibum tostū balneatū i clareto uel utat̄.ʒʒ.cōpositi uel.ʒʒ.mūdo cōfecto qd̄ portat̄ de cipro ul'.ʒʒ.idiaco qd̄ portat̄ de india. ul' sto^m confortātia Gal.c⁹ ℞ta ponit̄ i antido° uel si sit static⁹ dyatrioton pipereon Sequit̄ recepta saluiati uini. ¶ Nota uinum saluiatum est duplex aliud simplex quod fit ex saluia & uino cōpositū uero fit ex saluia uino et aliis spēb⁹ aromaticis. Saluiatū simplex sic fit. ℞ uini electi sestaria quinq̨ saluie nō uiridis ſꝫ mediocriter exsicate. M.50.ponat̄ ista saluia in uase & ligetur ista saluia lapidibus ut pendere possit in me° uasis & obturet̄ uas bn̄ & sic stet.iz.diebus. Nota qd̄ saluia nō debet esse uiridis quia essꝫ nimis amara & cū h° ut humiditas sit cōsumpta ex tali exicatiōe.

Item nō dꝫ ēē sica m'tū ne hūiditas et uirt⁹ sua exalauerit. Saluiatū cōpositū sic fit. ℞.galāge ellecte q̄r.j.gariof.ʒ.j.spice nardi. ʒ.j.pulueriꝫet̄ subtiliter & cribellet̄ & ponātur in saco de pāno lineo nō nimis spisso & sac⁹ nō restringat̄ nimis & cū istis pulueb⁹ iponat̄ lapillus qui sacum teneat suspēsum in medio uasis. Nota ēt quod isti pulueres nō debēt poni sil' cū saluia sed postq̄ saluia fuerit imposita p.x.dies.

Item nota quod isti pulueres sufficiunt ad saluiatū.ubi uelles magis artificiare adde thimi ephitimi.an.ʒ.ß. Itē potes ponere alia hn̄tia pprietatē ad mēbra diuersa si sit lapss⁹ in aliquo m̄bro℞ interio℞ sicut in lepra poni pōt serpēs nemoris. Si sit lapssus in cerebro betoica. Si i splene. Scolopēdria. Itē circa c^m. effimere cāte ex nausea quia ibi cōfert uomitus. Iō puocādus ē cū inmissione digiti q p uocat̄ in corporib⁹ dispositis uel cōsuetis facilius q̄ in aliis & in talib⁹ puocat̄ cū imissiōe digiti in os uel cū immissiōe pulma℞ gali intincta℞ in liquore q seq̄t̄. ℞.seminis atriplicis fortiter cōquassati.ʒ.i.buliāt fortiter i uno quar.aque cū dimidio & colature addat̄ olei oliue quar.ß.aceti.ʒ.i.& bibat patiēs de isto tepido in uno austu q̄tū bibere poterit sine hanelit⁹ respiratōe & p⁹ stet p unā horā ul' circa & p⁹ mittat digitū intictū i illo liquore p̄dicto & penā galli pfundet et qa odiernis tporib⁹ raro uomitu utimur. iō n̄ pono uomitiua fortia.

Ca^m 7^m de effimera causata ex apostemate.

Curat̄ p° apa resolutiōe prio cuꝫ hoc unguēto qd̄ ēt ualꝫ ad herniā uentosam. ℞.origai calamēti abrotani pi

tarie saluie.an.M.i.aneti maratri cimini.an.ʒ
.S.camomile melisse.an.ʒ.S.coquant̃ oīa pfec
te & collatura sit.℔.j.& collatura inspisset̃
adden° melis quar.j.sepi yrcini.ʒ.ii.uini albi
ʒ.i.aceti.ʒ.S.& fiat ungm̃ bñ molle & resol
uet̃ apa in pn°. 2° pōt curari apa cuȝ ung° qđ
sequit̃.℞.medulle pāis albi olei roxati aque
fontis.an.quar.i.misce fortiter agitādo & po
natur sublētus ignis & cōtinue agitan° buliāt
usq; ad olei cōsumptiōeȝ & fiat ēplastrū bñ
mole & ualet bubonib⁹.Itē pñt maturari cū
h° ung° qđ seqtur.℞.bismalue malue cardo
nis sanatiōis herbe molarie.an.M.j radicuȝ
lilii quar.S.farie fenugre.farie se.lini an.ʒ.S.
carica℞ pinguiuȝ.ʒ.S.butiri recētis cōueniē
ter abluti assungie porcine recētis.an.quar.
.S.ad incorporādū misse & fiat emplastrum
mole quia eo meli⁹ maturatur.
Ruptoriū bonuȝ.℞ calcisuiue.ʒ.i.tartari.ʒ.
.iij.incorporent̃ cū saliua hominis & cōserue
tur usui.Cum aūt apostēa fuerit maturatuȝ
aperi cū flobothomo quia p̄ualet medicine ca
ustice.& facta aptione cuȝ flobotho° post ap
plica pumaciolos factos cum albumie oui bñ
agitato cui albumini pmisce pa℞ de uitello et
oleo raxato & intinge pa℞ de stupa đ canapa
& fiat pulmaȝolus qui applicat̃ & immissa
tenta prius ut locus stet aptus .dum tñ non
fluat multus sanguis qui si fluat habeas pul
uerem qui sequit̃.quē puluerē misse in albu
mine oui & ibidē tinge pulmaȝolū & sine tē
ta applica.℞.sanguis drac. boliarmeni terresi
gillate.an.ʒ.S.psidie.i.corticon granato℞.ba
laustie acatie ypoqstidos mumie.an.ʒ.ij. thu
ris masticis cū cortice.an.ʒ.j.S.& si uis addē
san.hūani cōbusti ʒ.i.pillo℞ leporis cōbusto
rū.ʒ.S.In isto puluere adde aloes mire cora
li p̄sertim si fuerit uulnus sup caput & nota
ꝙ cirugicus sine isto puluere stare nō dēt uł
saltem habeat i apotheca.Itē si mūdificatiōe
indiget teneat desup mūdificatim̃ ꝙ sequit̃.℞.
farine frumti uolatilis quar.S.uitello℞ oue℞
numero.iii.oleii rox.ʒ.S.melis.ʒ.vj.suci apij
.ʒ.j.ponat̃ sup ignē et buliat cōtinue agitan°
donec fiat spissitudo aliqua ad moȝ unguēti
bñ fluxibilis & bñ p̄seruat a fistuł.quo mun
dificato cōsolida & cicatriȝa cū ung° de litar
girio bñ mixto cui⁹ ℞ta sequit̃.℞.litargirij.
ʒ.ij olei j rox.aceti rub.an.℔.S.ponat̃ in mor
tario de plūbo & ibidē bñ agitet̃ p tres dies
cōtinue.ita ꝙ fiat ungm̃ in moȝ mellis spissuȝ
ꝙ si nō suffic̃ acetū & oleū rox.qa forte agitā
do resoluit̃ adde de ipis añ cōtinue agitan°.đ
isto pulmēto pone bis i die & ita curabis apa
maxie bubones.i.que sunt in emūtoriis & pre
sertiȝ que sunt p uiā cōgestionis & ista apata

sunt cā effimere ut dicit.A.Iteȝ 3° pōt curari
p cōuersionē in sclirosiȝ & hec cura ab aucto
rib⁹ negligit̃.iō nō pono eā.

Cam̃ 8m̃.de effiª cāta ex soliditate & frigidi
tate membroruȝ exteriorum.

SVDOR p aliquos puocat̃ ut.℞.
flo℞ camomille utriusq; sticados an
thos puri.an.qr.S.origani calamen
ti pulegii. an.ʒ.i. aut.ʒ.S. buliant omnia in
uino ellecto & aq̄ an.q̄tū sufficit & ponatur
ista deco° in curcubita sicca una uel duab⁹ ꝙ
si nō hēs curcubitā pone in cadis uel barilis
ligneis & obturēt̃ iste cucurbite ł ista uasa uł
poat̃ i uesica porci & ponāt̃ in lecto sub pa
nis ita quod nō tāgant pacientem sed paciens
possit se uoluere de latere in latus et sit pati
ens bene cohoptus tenēdo caput ad extra pā
nos ibidē sudabit.¶ Potest ēt sudor puoca
ri cū unguētis et oleis apitiuis ut sequit̃.℞.
olei de aneto olei meliloti añ.℔.ij.buliant in
istis oleis ea que sequūt̃.℞.origani pullegij
calamēti utriusq; saluie.an.ʒ.S.exp̄mat̃ &
collet̃ & inde toª spina dorsi ungatur ab occi
pite usq; ad caudaȝ & cohopiat̃ bene patiens
Itē alij uolunt qđ inuoluatur in foliis ebuli
patiēs totus.

Cam̃ 9m̃ de effiª cāta ex ebrietate.

EBRIETAS curat̃.5.modis p° cū
narcoticis & stupefactiuis sed non
approbo hoc.¶ Secūdo cū uomitu
& hoc approbo in dispositis uomere & cōsu
etis.3° cū alterātib⁹ ut cū potu aque frigide
uel cū potu citrulli uel cū suco pomi alteri⁹
4° cū phibētib⁹ uaporē fumosum ad caput
ut cū coriādro citōiis & pirris uirdib⁹ & ali
is stipticis.5° cū ualētib⁹ ad hoc a tota prop
etate & ista sunt ēpica & sine rōe ut esset cū
suco cauliū comedet̃ carnes pingues porcias
ut dicitur de quodā qui sic faciendo & tota
die bibēdo nō inebriebat̃.
Item.℞ cū modico uini pulueris yrundinum
qui cōburātur in olla bene lutata in furuo &
istud ualet multū ad preseruādū ab ebrieta
te secūdum aliquos. Itē qui comedit de pul
mone arietis die tota nō in ebriabitur.

Cam̃.10m̃ de effiª cāta ex cibo.

EPITHIMA quod ualeȝ ad alterā
dum caliditatē epatis.℞.aque ro
xate aque endiuie aque nenufaris
an.℔.S. aque curcubite aq̄ cucumeris.an.

quar.j.suci latuce suci portulace.an.quar.j.
rossarum rub.ellectarum.℥.ss.sandal.albo & rub
.an.ʒ.ii.spodii fini.ʒ.j.cāphore.ʒ.ss.aceti albi
.ʒ.i.fiat epithima & potes addere suci sumi
tarū solatri si uis forti⁹ infrigidare. ¶ Nota
aliqui ponūt sucū solatri.s.i casu.d̄ pato ali
ter nō sʒ pono solatrū cū toto quia in substā
tia solatri ē aliud stipticū p quod deprimit̄
uirtus solatri senarum.

Explicit de effimeris.sequit̄ de putridis.

CIRCA ca^m de cura putridarum in generali & est secūdus tractatus hui⁹ p̄me quarti In cura talium febriū Auic.laudat clisteria quia oʒ uentrē laxare minorādo. Ideo notādū q clisteria sunt diuersa quia aliud est molitiuum.& sic fit.℞ malue bismalue uiol.mercurialis brāce ursine.an.M.i.sanatiōis radicum lilij.an.quar.ss.fiat decoctio in qua dissoluatur cassie mūde pinguis.℥.j.olei uiolati.℥.ij.fiat clistere sine sale. Aliud est clistere mūdificatiuū qd̄ sequit̄.℞ malue bismalue & ubi n̄ hēas bismaluā utaris malua que secundū aliquos bismalua uocat̄.& non est uerum quia z^m aliquos ē una species malue que crescit i altū ad lōgitudinē duorum palmorum ul' plus.& i^a ē duplex quia p^a portat florem rubeū alia albū rox.uiol.mercurialis sicle brāʒe ursine furfuris uel carcabrū pt.j.suci sicle suci cauliū rub.an.quar.j.fiat decoctio i qua dissoluat̄ cassie pinguis mūdate.℥.j.salis cōis.ʒ.iij.sed si uis magis mordicati^m salisgēme.ʒ.j.uel loco salis olei uiolati.℥.ij. Et nota q in oībus clisterib⁹ pono cassiefist.ne decoctio retineat̄ i itestinis & ut itestina remaneāt lasa. Et ulteri⁹ nota q ubi n̄ hēs bismaluā debes uti radice althee que scd̄m aliq̄s bismalua appellat̄.& non est uerum.secūdū aliquos & melior ē 3^a spēs malue q̄ crescit i altū ad longitudinē quatuor palmorum ul' plus.& ista ē duplex ut sup̄ portās flores rub.a^a alb. Aliud ē clistere alteratiuum qd̄ sic fit.℞ lactuce scariole rostriporcini foliorū salicis.an M.j.suci melonis indi quar.ss.florum uiol.nenufaris.an.℥.j.fiat decoctio in q̄ dissoluat̄ cassiefist.mūdate olei uiol.olei nenufaris.an.℥.ss.camphore.℈.j.ul'.ʒ.ss.fiat clistere qd̄ si herbas nō habueris qa forte ē tēpus yemis.℞ aque cucumeris aque cucurbite aque nenufaris aq̄ rox.an.℔.ss.furfuris .pt.j.qdam addūt an̄ maratri carui.an.ʒ.ij.& fiat clistere ut sup̄. Aliud ē clistere attractiuū ℞ herbas.ij.cōium & sūt malua & bismalua uiole mercurial' sicle & si nō hēs bismaluam pones ursinā.an.M.j.agarici ellecti.ʒ.iij.furfuris tritici bn̄ madiāti.℥.j.an̄ maratri carui an.ʒ.ij.fiat decoctio in qua dissoluat̄ cassiefi.bn̄ pinguis.℥.j.yerepigre gali.uel bn̄dicte secundum qd̄ uolueris euāre ul' ellectuarij suci roxarum de q̄libet istorum.℥.ss.uel.ʒ.v.ul'.vi.ul' de oībus.an.ʒ.ij.olei uiol.℥.ij.mell'.℥.ss salis cois.ʒ.iij.uel loco ei⁹ salisgēme.ʒ.i.fiat distere. Et caueas ubicūq; pones sal facias ipʒ pōderari quia q̄to magis ponit̄ de sale tāto magis mordicat. Itē sal rōne cuiusdam adhustionis quā hēt in se corrugat q̄re intestina post stipticātur plusq̄ deberēt.& iō delicatis & in habētibus membra itrinseca sensibilia pono minus. Nota qd̄ i disteribus ubi ē debilitas intestinorū pōt poni m̄te sice absinthii.an.ʒ.j uel.ʒ.ij. Itē potes facere clistere cōstrictiuum cū cōstrictiuis frigidis stipticis superius positis & in talib⁹ nō ponas casiefistule nec alias laxatiuas nec sal & si pones illa ollera pone i pauca q̄titate & sunt ollera cōstrictiua. Et caueas qd̄ clisteria in nimia q̄titate nō dētur ne graues itestina. Itē potes facere clistere cōfortatiuū cū brodiis cōfortatiuis ut caponis uel pdicis aliqualiter p decoctionem inspissatis in quib⁹ nihil ponas de sale & hec faciēdo talia brodia nec ponas de oleo nec de alio laxatiuo. Et detur in pua q̄titate. Caueas tibi q clisteria administrētur tm̄ tepida ita qd̄ non sint actu calida nec frigida. Itē caueas q non des q̄titatē nisi secūdū qd̄ cōpetit. Itē clistere cōstrictiuū pōt fieri i hoc mō.℞.radicū camelleunte coctanorum pirorum immaturorum prunorum caricarum sorbarum nespillorum omniū foriter cōquassatorum.an.℥.j.uel quar.ss.mēte sice uel absinthii.an ʒ.ij acatie ypoquistidos.an.ʒ.j.aque cisterne aque rosarum facte de stiptibus roxarum.an.quar.j.ss.fiat decoctio in qua dissoluat̄ coagulū leporis uel edi.ʒ.iij.sepi yrcini uel mōtoni de renibus.ʒ.ij.sirupi de ribes .ʒ.ij.ss.san.dra.boliarmeni subtiliter pulуerizatorum.an.ʒ.ii.olij masticis.℥.j.fiat clistere ad.℔.ss. Item nota circa illud ca^m quod iulep sic fit ex aqua & zucharo quod est duplex quia aliud est pue cōmistiōis & est ubi ponitur una ps zuchari & 2^a aque. Aliud est m'te cōmistiōis & est ubi ponit̄ tm̄ de zucharo q̄tū de aqua .ubi nota quod iulep pōt esse digestiuū & alteratiuū & cōstrictiuū & laxatiuū & h^o accipiēdo aliq̄s apropatas et admisceāt̄ ēt eis alique medicine ualētes ad h^c cū zucharo ut dictum est et coquāt̄ & clarificentur ut debet & tūc ponatur. Iulep cōpositū de quo fiet mētio in proprijs capitulis pticularib⁹ de cura febriū.

Item nota quod eodēmō pōt fieri ydromel ex aqua & mele so^m & illud uocat̄ ydromel

simplex. Item oximel ut'. ℞. aque. ℔. iij. mel ℔. j. aceti. ℔. ß. ponat ad igne & dispumet & clarificet. Sup eodem ca° quia multi dubitat recipe clistere tu potes natura tetare cum suppositoriis quoꝝ qdaz sunt simplicia & debilia ut que fiut ex melle & sale. ut. ℞. mellis ʒ j. buliat usq ad pfecta bulitione. & add salis subtiliter pulverizati. ʒ. j. & informent supositoria. Nota qd in delicatis hoibus itestina sensibilia sufficit iectio bobicis intincti in melle crudo. Aliud pot fieri de lardo duro. aliud pot fieri de candella facta de sepo motonino addendo paꝝ sal in anriori pte que ifundat in oleo coi. deinde ministret. Aliud fit de stipite caul rub. uel sicle tincte in chistifel motonis. Item in pueris medula nucis intincta in melle. Ite fiut alia suppositoria fortiora que sunt. ℞. salis triti & pone i pelle assungie porcine in modu suppositorij & imitte ul. ℞. mellis & salis ut pus dictu est. & adde esule. ʒ. j. uel stercoris muris pulverizati. ʒ. ß. uel dyagredij. ∋ j. uel collogntide. ʒ. ß. & inunge i capite suppositorij cu oleo & supponat. aliud fit de sapone duro. aliud fit de salgema. aliud est suppositoriu attractiuu ut. ℞. melis yerepigre galieni. an. ʒ. ß. & loco pigre galieni potes ponere bndictam salis cois. ʒ. iij. stercoris muris. ʒ. ij. collogntide. ʒ. j. fiat suppositoria. & cu filo ligent. ut cu intus sufficienter steterint possint extrahi. Ite caue qd no admistres suppositoriu nisi pus fuerit tinctu cu oleo.

Item sup eode ca° pot ueter laxari cuz admstratioe i itroitu mse ut si det fic° sicce et albe sunt meliores aliis qa si duo ul tres ipleatur medulla cartami meli laxat & spalr flegma & illud multu i hoibus stomachu & pectus plenum flegma e.

